
1547

Fortunia planetarum Accidentia:

Aspectus Δ vel ✶ bonorum vel saltem □. Cadentia malorum ab ipsis videlicet ut sint in 3. 6. 9 & in 12. signo ab eis.
Separatio ab infortunis.
Coniunctio fortunarum.
Unitio Solis infra 16 minuta per longitudinem s. & latitudinem
Solis Aspectus bonus, & laudabilis.
Lunae Aspectus bonus felix eadem fortunata
Cursus velocitas.
Auctio luminis & numeri.
Item existentia ipsorum in suo haym. i. in sua similitudine signi, gradus, ac coeli situs.
Item in signis in quibus potestates, dignitates, & gaudia habent.
Item in gradibus lucidis.
Item existentia in angulis vel succedentibus.
Item planeta receptus. gis
Ascendens in circulo suo aut Septemtrionalis, maxime ascendens.
Directus vel saltem stationarius statione secunda.
Exiens e radiis Solis.

Fortitudo trium superiorum.

Orientalitas a Sole.
Aspectus eiusdem Δ vel ✶.
Existentia ipsorum in quartis & signis masculinis.

Fortitudo Solis.

In quartis masculinis.
In signis masculinis praeterquam in libra.

Fortitudo Inferiorum.

Ut sint occidentales a Sole
In signis & quartis femininis,

Fortitudo lunae.

Ut sit in nocte super terram & econverso.
In loco feminino.
In exaltatione Solis

Infortunia & Debilitates planetarum.

Coniunctio malorum vel ☍ aut □.
Aspectus malorum licet bonus, quando sunt inter eos & corpus, vel radios malivolus est trium planetarum.
Existentia in domibus seu terminis malorum.

Item in gradibus Azemena puteales, fumosis & tenebrosis.
Elevatio malorum super ipsis, quando sunt in 10 vel 11 signo ab eis & penes sine receptione, vel in angulis in ipso.
Combustio Solis ultra minuta 16 usque ad gradus 15
Oppositio vel □ Solis.
Coniunctio capitis, & caude, vel existentia suorum genliazar infra 12 grad., & luna maxime.
Obsessio a malis absque aspectu bonorum.
Retrogradatio
Casus ab angulis.
Cursus tarditas, quando sunt minus medio motu moventur.
Stationarii statione prima.
Masculinus in signo & gradu feminino. & econverso.
Diurnus in Die sub terra, & in nocte super terram & econverso.
Item in oppositione domorum & dignitatum suorum.
Meridianus descendens.
Planeta in via combusta.
In coniunctione planetae retrogradi

seu cadentis, sive aliter impediti. ho.
Planeta non receptus ab eo.

Orientalitas trium superiorum Detrimenta.

Occidentalitas a Sole.
Existentia in signis & quartis femininis.

Debilitas Solis.


In quartis, & signis femininis, praeterquam in nona.

Inferiorum Debilitas

Orientalitas a Sole.
Signa & quarta masculina.

Particularia lunae impedimenta

Ordinaria lunae cum infortunis. vel quae contraria.
Quando est in ultimis grad. signorum videlicet terminis malorum
Quando non aspicit domum suam. maxime in ♊ absque receptione Mercurii
Existentia ipsius in signis et gradibus masculinis.



Eaq procesus ratione fortitudines ac debilitates singularu domoru celestiu examinade sint vt ptes fortune. Hoc tm s vandu est: simul etia in iudiciu adhiberi oportere si in domib: intercepta:

Domoru dignitates hoc ordine procedut ~~X · I · II~~

X · I · XI · VIJ · IIIJ · V ·

II · IX · IIJ · VIIJ · VI · XIJ ·

Ad reducendu motu ex gaurito in almanach repertu pro Meridiano Cracoviensi

1 motu solis subtrahe mita 1

4 motu lune. si vltra 14 het motu diurnu subtrahe minuta 13. si vltra 11 subtrahe 11 coiot 12

Pro reducendo Almanach ex germanico ad meridianum Cracowien cu ex radicib9 difficille mtu veit Hocu face

A sole et venere de motu diurno subtrahend venit vnu mtu.

Luna. denig cu movetur 12 13 gradib9 infra diem nalem subtrahenda sut 12 mita sed si 14 vel 15 gradibus tuc 13 mita demere.

Saturnu preterea Jove et Marte in suis motibus relinque.

Mercuriu vltimo quot gradibus movetur tot mi mitis tollendu.

Tractaty et canones

Ad reducendum motum pro meridiano Cracoviensi —

M. Alberti de Brudzewo Tabule

cfr. pag 112–126

Canon Pro facienda figura coeli.

Primo. Habe annū. Mensem. diem ho:
ram. et minutum. Pro quibus figuram ce:
li vis constituere

Secundo. vide in almanach anni tui
mensem, et sub eo diē suam ppositam.

Tercio, Ex oppo diei tue vide signū
et gradum solis quē scribe extra.

Quarto. vide quod signū oppositum
signo illi in quo sol fuerat

Quinto. Hoc signū oppositum in tablis
tue regionis quere sub prima domo.

Sexto. Sub illo signo descendas ad grad
in quo sol fuerat

Septimo. Ex oppo astius gradus ver:
sus sinistram in tempore accipe ho:
ras et minuta quas subscribe horis et
mintis pro quibus vis face figura.

Octavo Has horas subscriptas cum
mintis adde horis et mintis prius te pro:
positis

Nono. quicquid post additione fuerit ex:
cessum minus quā. 24. in tabulis tuis
quere in tempore.

Decimo. Ubi illud ... aut sibi
minus propinquū in tabulis inveneris
ibi versus dextrā percipia sex domos acci:
pies

A

Vndecimo. Reliquas sex domos per opposita signa et oppositas domos constituas

Canon de inscribendis planetis in figuram

Primo. vide in quo signo gradu in almanach fuerit planeta quem vis inscribere
Secundo. vide in figura in cuius domus principio seu linea signum tale fuerit.
Tercio. Compara gradum planete ad gradum domus et vide si gradus planete sit minor gradu domus nam ubi ita fuerit inscribes planetam tuum ante lineam illius domus. Quod si gradus planete fuerit Maior gradu ipsius domus inscribes planetam post lineam domus.

Canon inveniendi horam postmeridianam ex figura

Primo. vide quod est signum et quis gradus in decima tue figure.
Secundo. hoc signum quere in tabulis tuis sub decima.
Tercio. descende sub illo signo ad gradum qui fuit in decima
Quarto. Ex opposito illius gradus ad sinistram accipe horas et minuta que scribe extra
Quinto. Vide in quo signo et gradu sit sol in tua figura

Sexto. Hoc signo solis in tabulis tuis ecciam quere sub decima.
Septimo. Sub illo signo descende ad gradum in quo sol erat
Octauo. Ex opposito illius gradus ad sinistram accipe tempus in horis et minutis quod subscribe horis et minutis prius acceptis.
Nono. Subtrahe inferiores a superiori.
Decimo. Hoc quod post subtractionem manserit erunt hore et minuta post meridiem

Hore ante et post Meridiem

Antemeridianas horas hoc pacto cognosces. subtrahe horas meridiei et minuta ab horis ab occasu et habebis propositum. Nam si post subtractionem plures hore fuerint quam duodecim numerus indicat horas antemeridianas. Sin minus 12 horas postmeridianas

Canon reducendi horas meridianas ad horas ab occasu solis

Omnis aspectus in almanach habet horas que computantur a meridie, Si itaque vis eas horas reducere ad horas que computantur ab ocasu solis adde horas et minuta meridiei: illius diei pro quo scire desideras horas circa aspectus in almanach positus et erit propositum

Canon Motum solis ad horam natiuitatis reducendi.

Primo. Per canonem primum datum cognosces quota hora post meridiem sit tua natiuitas

Secundo. ab his horis et minutis post meridianis subtrahes dierum equationem ex tabula equacionis dierum inventam, hoc modo.

Vide in quo signo et gradu sol sit. deinde ingredere tabulam equationis dierum et quere signum solis in fronte tabule. gradum vero eius in prima linea et ex opposito gradus, sub signo habebis minuta et secunda que subtrahes a tempore tuo.

Tercio. Motum diurnum solis invenies hoc pacto. Vide diem tuo quo fuit natiuitas in quo gradu et minuto sol fuerat. quem motum scribe extra.

Vide deinde diem sequentem immediate sole in quo gradu et minuto fuerit et hunc motum sequentis diei supra scribe motui prius accepto. Subtrahe tandem minorem de maiori residuum erit motus diurnus in gradibus et minutis

Quarto. Ex hoc motu diurno invenies motum vnius hore, i. quantum sol movetur in vna hora hoc pacto.

Reduc totum motum solis in minuta, prio loco ponendo minuta, in secundo omnia minuta solis. Ingredere tandem tabulam proporcionalem hos minutorum. et quere in fronte tabule numerum 24. Deinde descende sub eo ad numerum graduum minutorum motus solis diurni reducti in minuta. Aut ad numerum proximo minorem ex opposito, cuius in prima linea, accipe numerum, qui demonstrabit tibi minuta quibus sol motus est in vna hora. Quod si cum minori numero intrasti. subtrahe hunc numerum minorem a motu solis diurno, et numerum post subtractionem relictum nota.

Numerum hunc relictum quere iterum sub 24. et ex opposito eius in prima linea habebis numerum secundorum quibus sol motus est in vna hora.

Quinto. Horas tuas et minuta post meridianas scribe sub suis titulis.

Sexto. minuta vni hore respondencia scribe sub minutis hore tue et secunda sub

Secundis

secundis in aliquali distantia.
Septimo multiplicabis horas per numerum minutorum uni hore respondentium. Ducendo minuta hore unius in horas tuas per tabulam proporcionale productum scribendo sub suis titulis. Et tandem delebis motum unius hore. et horas cum minutis post meridianas.
Octavo, numeros illos qui erant in medio colliges quemlibet scribendo sub suo titulo minuta sub minutis secunda sub secundis.
5 Nono. capies gradum et minutum solis diei tue quae subscribes. sub hoc numero collecto
Decimo. addes ista simul et habebis motum solis reductum ad horam et minutum nativitatis, Hoc pacto reduces ad horam tuam motum veneris et mercurij.

Canon Motum ~~so~~ lune ad horam tuam reducendi

Primo, accipe motum lune in gradibus et minutis die tuo quem scribe extra in loco inferiori.
Secundo. ab hoc motu subtrahe 24 minuta.
Tercio accipe motum lune sequentis diei quem supra scribe priori.
Quarto. ab hoc quoque motu subtrahe 24 minuta.

Quinto. subtrahe motum unius diei a motu sequentis diei minorem videlicet a maiori et residuus vocabitur motus lune diurnus
Sexto. cum hoc motu diurno intrabis in tabulam proporcionalem et sub 24 queres eum aut ei proximo minorem. Ex opposito cuius in prima columna habebis numerum qui tibi minuta ostendet que luna pertransibit in una hora
Quod si cum minore numero intraveris ingressus subtrahe eum a motu lune diurno. et cum residuo intra sub .24. et quicquid ex opposito eius in prima linea inveneris ostendet tibi secunda quibus luna mota est in una hora
Septimo. scribes horas tuas nativitatis post meridianas cum minutis supra. Infra vero in bona distantia, sub minutis horarum, minuta uni hore respondencia, secunda sub secundis.
Octavo. duc primo minuta unius hore in horas tuas: productum subscribendo sub horis et minutis. Due deinde minuta unius hore in minuta tuarum horarum productum

subscribendo sub horis et mtis et sedis
postea. duc scda omnes hore in horas,
productum subscribendo sub mtis et sedis,
Deinde, duc scda omnes hore in mta
que sunt apud horas productum scribe sub
sedis et tercijs.
Nono. colliges. omnes istos numeros me:
dios in una suma
Decimo. accipe gradum et mtm. hore di:
ei, hec a quibus subtraxisti 24 mta
et adde illa ad collectum et habebis motum
hore reductum ad tuam horam

Canon motum saturni. Jovis. reducendi.

Primo. subtrahe motum hec dici anno
tis sequentis dici. quod manserit post
subtractionem erit motus diurnus.
Scdo. quoniam huiusmodi planete sunt tar:
di motus, non transeunt in una hora a:
liquod mtm integrum: Ideo in motu o:
mnis hore sub mtis scribe nihil.
Tercio. cum motu diurno hoc est cum
mtis intra in tablas proportionalem
et sub 24 quere, et ex opposito, eius in
prima linea habebis numerum qui oste:
dit tibi scda uni hore respondentia
Quarto scribe huic motum omnis hore

sub horis hec post meridianis, mta
sub mtis. scdas sub sedis
Quinto multiplicabis horas tuas per
motum omnis hore producta scribendo
in medio. Postea colliges omnia si:
mul,
Sexto, sumito motum saturni diei tua
in gradibus et mtis. addes ipsum ad
collectum. et productum erit motus sa:
turni reductus ad tuam horam

Canon faciendi figuram pro tpe coniunctionis aut oppositionis cuiuslibet lunaris

Primo. vide in almanach qua die
hora, mto. talis coniunctio vel opposi:
cio sit signata. que tempora scribe
extra.
Secundo. quoniam habes almanach
pro meridiano germanico. ut ergo
ergo reducas ad meridianum caro:
vensem. mtis apud hora coniunctionis
aut oppositionis in almanach motis
adde 24 mta
Tercio. cum signo solis et gradu diei
illius intrabis in tablas domorum hec
regionis quod queres in decima. et sub
so infra gradum solis,

Quarto. Ex opposito gradus in parte sinistra accipe horas et minuta que subscribes horis et minutis coniunctionis et oppositionis

Quinto. addes istas horas et minuta simul; productum aut sibi minorem numerum proximum in tabulis sub tempore querendo.

Sexto. Ex opposito Marci horarum principia sex domorum capies. constitues figuram, Planetas etiam in illam inserendo

Canon de inveniendo domino vel dispositore loci coniunctionis et oppositionis

Primo. Vide in quo signo et gradu fuit facta coniunctio vel oppositio.

Secundo. Vide quis planetarum sit potencior in illo signo quod scies videndo cuius planete tale signum sit domus, exaltacio, triplicitas vel terminus, ut quis planetarum de his quinque dignitatibus in illo coniunctionis signo vel oppositionis habuerit. Ille erit dominus seu dispositor et qui post eum potencior fuerit particeps vocabitur.

Cautelle in reducendis planetis retrogradis

Prima. quod cum vis invenire motum diurno planete retrogradi debes subtrahere motum sequentis diei tanquam minorem a motu tue diei tanquam a maiori

Secunda. quod collectum numerum ex multiplicatione non addes motui planete tue diei verum ab ipso subtrahes collectum. et erit motus reductus ad horam tuam

Canon de rectificanda figura nativitatis

Primo. facies figuram pro Anno. Mense. die. hora. minuto tibi propositis per canonem primum.

Secundo. Ex predicta figura motum ea hora et minuto postmeridianam per canonem tercium

Tercio. pro huiusmodi hora et minuto reduces motus planetarum secundum canones quartum quintum et sextum.

Quarto. notabis diligenter an dies nativitatis tue fuerit post coniunctionem vel oppositionem luminarium

Quinto. pro huiusmodi tempore coniunctionis vel oppositionis facies figuram celi per canonem septimum.

Sexto. dispositorem vel dominum loci in signo et gradu coniunctionis vel oppositionis invenies per canonem octavum

Septimo. notabis in figura nativitatis in quo gradu initio et secundo. dominus sive dispositor ille fuerit
Octavo. computabis gradum huiusmodi dispositoris ad gradum decime et ad gradum ascendentis. figure estimate et videbis cuius domus gradibus fuerit proximus gradus dispositoris.
Nono. si fuerit proximus gradui decime loco gradus decime pones cum signo. decime gradum initium. planete dispositoris
Decimo. si vero gradus dispositoris esset magis propinquus gradui ascendentis: loco gradus ascendentis pones gradum initium dispositoris penes signo quod fuerit in ascendente.
Undecimo si contingat quod in loco coniunctionis vel oppositionis essent duo vel tres dispositores. computabimus gradum decime et ascendentis. et cuiuscunque gradus fuerit vicinior. decime vel ascendentis gradui: loco gradus decime vel ascendentis ponimus gradum talis planete
Duodecimo. postquam habueris decimam rectificatam cum ea formabis alias domos, Itidem facies gradu ascendentis fuerit verificatum. Nam invento sub prima domo signo quod fuit in ascendente figure estimate cum gradu ita verificato alias domos facias.

Tredecimo. Ex hac figura horam post meridiana(m) verum invenies per canonem tertio
Quatuordecimo. pro hac hora et initis reduces denuo motum solis: lune, veneris, Mercurij, Et si vellis et Martis, Motum vero Jovis et Saturni ac capitis habebis eundem qui fuit in prima reductione. hos motus sic reductos inseres in figuram secundam.
Quindecimo. Hec figura secunda vocabitur figura nativitatis rectificata et vera
Sedecimo. queres partem fortune per canonem sequentem, quam in hac figura vera inscribes.
Decimoseptimo. Ex hac modo figura iudicabis de eventibus hominis illius cuius est nativitas.
Advertas. quod cum vis invenire dispositorem loci oppositionis observabis signum et gradum luminarium quod fuit supra terram, Et si contingat quod unum luminarium esset in ascendente et aliud in occidente. tunc in dispositore eligendo gradum et signum luminaris in ascendente positi observabis

Canon inveniende partis fortune

Primo. computa signa a thauro incipiendo usque ad signum in quo luna fuerit et numerum signorum scribe penes quem scribes gradus in quibus luna fuerit

Secundo. computa similiter signa a tauro in-
cipiendo usque ad signum in quo sol fuerit
et illud numero signorum subscribe priori
numero quem scripseras. gradus eciam
in quibus solem inveneris subscribe gradibus
primo acceptis.
Tercio. subtrahe inferiorem numerum a su:
periori gradus a gradibus signa a sig:
nis et post subtractionem habebis nume:
rum signorum cum gradibus
Quarto. sume gradus qui fuerint circa
signum ascendentis et illos subscribe gra:
dibus qui post subtractionem manserint et
adde eos in simul.
Quinto. computa a signo ascendentis tot si:
gna quot tibi ostenderit numerus qui
post subtractionem fuit relictus in sig:
nis.
Sexto. in gradibus quot ultra signa fuerit
quia sit signi sequentis constituens pro
scribis partem fortune.
Septimo. Ex hac parte fortune iu:
dicabis divicias et fortunam hominis

Annus tuus quotus sit post bisextilem uel si sit bisextilis ita scies

Primo. scribe annos domini tunc currentes.
Secundo. hos annos divide per 4.
Tercio. productum manens post divisionem

ostendet tibi quotus annus sit post bisextilem
Quarto. Si nihil manserit post diviso:
nem scies annum illum esse Bisextilem.

Canon faciende revolucionis pro quolibet anno nativitatis hominis

Revolucio nihil aliud est quam regressus solis
ad signum, gradum, et minuta, in quibus erat nati
vitatis tempore. et itaque invenias horam et
minuta aliquo anno proposito quibus sol ad
locum suum regressus est sic procedas.
Primo. Habebis annum. Mensem, ~~[illegible]~~ diem. horam,
et minuta. post meridiem tue nativitatis quas
horas cum minutis invenies per canonem qui
docet invenire horam et minuta ex figura.
Secundo. scies per canonem superiorem pro:
ximum annum nativitatis tue, sit bisex:
tilis vel quotus post bisextilem
Tercio. Notabis annum domini: quo vis facere
revolucionem.
Quarto. Huic anno domini quo revolucionem
facturus es supra scribes annum vero nati:
vitatis subscribes.
Quinto. subtrahes annos subscriptos
ab annis domini suprascriptis quod re:
lictum erit post subtractionem erunt anni
completi nativitatis per se proposite
Sexto. Hi anni completi, si fuerint
supra 40. intrabis in tabula conversi:
onis annorum. Primo cum 40. et ex
opposito

ex opposito 40 sub titulo tabule bisextilis acci:
pies horas mta et scda
Si Annus tue nativitatis fuerit bisextilis
vel sub uno si fuerit primus post bisex:
tilem. sub scdo: si scdus. sub tcio. si tercius
post bisextilem . Deinde cum reliquis an:
nis qui sunt supra 40, simul assumes ho:
ras mta, scda . eodem modo et accepisti
cum 40
Si vero anni illi collecti erunt minores
40 cum uno solo intrasto assumes horas, mta,
scda
Septimo post scdas horarum notabis has
duas lras A M . A enim denotat additio:
nem esse faciendam M. vero minoracionem
seu subtractionem
Octavo. has horas, mta, scda. que ex tabula
conversionis accepisti subscribes horis, mtis
sive etiam scdis que erant circa diem nativi:
tatis
Nono. has ipsas horas subscriptas addes
vel minues ab horis et mtis nativitatis
scdum quod lra ostendet.
Decimo. hoc quod post subtractionem vel ad:
dicionem manserit erit hora mtum revolu:
cionis anno proposito.
Undecimo. pro istis horis et mtis facies
figuram celi hoc pacto. cum gradu solis
in quo fuerit die revolucionis intra:
bis in tabulam tue regionis et queres

figuram solis in decima domo, gradum vero so:
lis sub eo tamen ex opposito gradus asso:
mes horas et mta quas addes horis
et mtis revolucionis: productum per ta:
bulas domorum querendo ac ex opposito
producti sumes principia sex domorum
Duodecimo. inscribes in hanc figuram
loca planetarum et vocabitur hec figu:
ra revolutoria vel annue conversionis
Ex qua iudicabis quid illo anno homo
ille cuius est revolucio boni vel mali
sit habiturus

Canon inveniendi verum locum solis secundum tabulas resolutas

Primo. habe mensem et diem pro quibus
vis invenire motum solis
Secundo accipies annum dni completum
qui immediate precedit annum quem te
accepturum ut si accepisses annum domini
1540 Mensem marcium. quere domo:
tu sumes anno 1539
Tercio. intrabis in tabulas resolutas et in
prima linea que est annorum collectorum
queres annum christi completum. quem si in:
veneris ex opposito eius sub titulo tabule
Medii motus solis; capies motum in sig:
nis gradibus, mtis, scdis, terciis. que scri:
be extra.
Si vero in prima columna annum christi co

completum non inveneris capies annum domini
sibi propinquiorem minorem in tabula motuum
et ex opposito eius sumes motum in S. G. M.
ut prius. Postea subtrahes annum domini
proximo minorem in prima columna motuum
ab anno domini completo. per te proposito. re-
liquum vocabitur anni expansi.
Deinde cum huiusmodi annis expansis in-
trabis in tabula annorum expansorum que-
rendo in prima linea annos tuos expan-
sos. quibus inventis ex opposito eorum sub
titulo Tabula medij motus solis. sumes
S. G. M. 2. 3. que subscribes sub motu sig
accepto. Postremo addes istos duos mo-
tus simul secundum additionem physicam pro-
ducetur erit radix medij motus solis pro
cracovia aut pro loco qui habet eandem lon-
gitudinem.

Modus reducendi meridianum ad aliud

Quarto. quoniam tabule resolute sunt pro
meridiano cracoviensi. cuius longi-
tudo. hoc est distantia ab occidente ha-
bitato est 42 gradus.
Itaque si motum solis ex istis tabulis
vis faceres pro meridiano loci alterius
cuius longitudo non est eadem cum cracoviensi
Ita procede.
Primo. Suppone iam longitudinem crac
esse 42 gradus.

	longitudo		latitudo	
	G	M	G	M
Paradisus	10	0	0	0
Constantinopol	56	40	43	40
Roma	35	25	42	50
Parisius	23	0	48	50
Maguncia	28	24	50	0
Praga	29	30	50	30
Cracovia	32	36	50	31
Vienna	48	30	45	36
Venecie	32	0	45	10
Wratislauia	32	33	51	0
Cassovia	32	35	50	0
Gdanum	32	34	51	48
Tubinga	26	23	48	10
Egiptus	55	0	30	0
Jerusalem	66	30	31	50
Bronszsvyk	25	20	51	16

Secundo longitudinem loci tui pro quo vis motum medium solis ex tablis ptolomei
vel ex tabulis Jannacie invenies
Tercio subtrahes gradus minus longi:
tudinis a gradu alterius minutum eciam
a minuto reliquo erit differencia seu
distancia illorum duorum locorum in gra:
dibus et minutis equatoris
Quarto hos gradus cum minutis reducas
in tempus hoc modo pro quolibet gradu assu:
mes quatuor minuta temporis et pro quolibet
minuto gradus quatuor secunda temporis
Ex tali multiplicacione tibi horae minuta secunda
provenient quibus locus per te propositus
distat a cracovia vel aliquando solum
minuta cum secundis.
Quinto. Si habueris horas distancie et
facies cum ipsis horis intrabis in tabulam
mediorum motuum in horis et minutis in pri:
ma linea videndo horas illas et ex oppo:
sito quorum sub titulo. Tabula medij mo:
tus solis. Sumes motum in gradibus
m 2 3.
Sexto. Si ultra horas distancie habu:
eris minuta. queres in eadem tabula minuta ho:
iusmodi, in prima linea. Et ex oppo:
sito eorum sub titulo tabula medij
motus solis capies motum eius prima
figuram pones sub minutis. secunda sub
secundis

Terciam subtercijs.
Septimo si forte illa duo distarent so-
lum in mtis faciet sic
Si mta illa paucioria fuerit quam 30 ex
opposito eorum in tabula motus planetarum
in horis et mtis in prima linea mo-
torum sub titulo medij motus solis. So-
mes motum quem scribes sub mtis secundis et 3is
Si vero fuerit mta distantie plura quam
30 intrabis primo cum 30 et ex opposito eorum
colliges motum in mtis 2is et 3is.
Deinde cum reliquis mtis distantie que
supra sunt supra 30 in tabulis eodem modo in tablas predictam: et sumes motum similiter in mtis
secundis et tercijs. quem subscribes sub mo-
tu prius accepto in 30 mtis. Postea
colliges istos duos motus istos in summa
Octavo. Hoc totum collectum subtrahes a
radice motus solis. Jam mota pro
meridiano cracovien. Si locus tuus
fuerit orientalior quam cracovia. Et erit
orientalior quando tua longitudo erit ma-
ior craco: Vel hoc collectum addes radi-
ci craco: Si locus tuus fuerit occidenta-
lior vel pauciores gradus longitudinis habu-
erit quam craco:
Nono. Post huiusmodi additionem vel sub-

tractionem habebis radicem motus solis redu-
ctam ad tuum locum
Quinto. videbis quot mensis completi a
principio anni currentis quo facta est
nativitas sint transacti seu quibus men-
sibus immediate precedit mensem cuius dies
habes
Sexto. cum illo mense immediate preceden-
ti intrabis in tablas mensium querendo
mensem in prima colomna in tabula
prima mensium si annus currens fue-
rit communis. vel si fuerit bisextilis tum
dies nativitatis esset ante ultimam
mensis vel in tabula inferiore mensium
Si annus currens fuerit bisextilis: mo-
to mense, et ex opposito eius sub titulo
tabula medij motus solis, sumes mo-
tum in signis gradibus mtis 2is 3is quem subscribes
sub radice medij motus solis prius in-
venta.
Septimo. accipies dies tuos et intra-
bis cum eis in tabula mediorum motuum
in diebus querendo in prima colona
diem tuum qua inventa ex opposito
eius in tabula medij motus solis
capies motum in signis gradibus mtis
et secundis. quem subscribes motibus pri-
us acceptis.

Octavo. colliges istos motus insimul per addicionem. et productum erit medius motus pro die tua proposita

Nono. Si habuisses horas ultra dies in-travis in tabulam mediorum motuum in horis et minutis. querendo horas tuas in prima linea et ex opposito earum in tabula medij motus solis sumes motum in g m 2 3

Decimo. si ultra horas haberes minuta in eadem tabula mediorum motuum in horis et minutis queres minuta tue hore. Et ex opposito quorum in tabula medij motus solis capies motum in minutis. secundis et tercijs. Itaque quod quicquid inveneris ex opposito minutorum loco graduum capies minuta loco minutorum secunda. que subscribes sub motu dierum

Undecimo. Hos duos motus colliges per addicionem et productum addes ad medium motum solis pro die inventum et erit motus pro die hora et minuto per te proposito etc. De veris motibus planetarum vide tabulas resolutas

Canon alius et verior facien: de revolucionis annue

Primo. Signum. gradum. minuta. secunda tercia solis pro anno. Mense die. hora nativitatis cuius revolucionem vis facere per tablas resolutas secundum canones datos supra querias

superius invenias

Secundo. anno tuo currenti quo revolucionem vis facere invenies mensem quo sol signum in quo erat tempore nativitatis ingreditur

Tercio. postquam inveneris ingressum solis in signum in quo erat tempore nativitatis descendes per gradus usque ad gradum illum in quo fuit sol tempore nativitatis

Quarto. Considerabis minuta que fuerint circa illum gradum solis. et illa aut erunt maiora minutis. que erant circa gradum solis nativitatis tempore. aut minora

Si minora. Subtrahes gradum et minuta solis in anno tuo a gradibus et minutis solis nativitatis et residuum post subtractionem vocabitur distancia solis a loco suo in quo fuit tempore nativitatis.

Si vero minuta circa gradum solis tui anni inventa essent maiora minutis solis tempore nativitatis, tunc, accipe gradus et minuta precedentis mediate diei et subtrahes ista de gradibus et minutis solis nativitatis: residuum vocabitur eciam distancia solis

Quinto. Hanc distanciam solis in minutis reduc ad secunda multiplicando illa minuta distancie per 60. productum vocabitur distancia solis reducta ad. secunda. Cui adde secunda

cui adde secunda si que fuerit circa minuta
solis in natiuitate.

Sexto, invenies motum solis in una hora
sic per capiendo in primis motum solis sue
diei: quem subtrahes a motu solis diei se-
quentis proxime, reliquum vocabitur mo-
tus diurnus hoc est quantum sol movetur
in uno die. Hunc motum diurnum quere
in hac tabula, in primo ordine numero-
rum ad sinistram qui gradibus et minutis
motus diurni debetur, mox cum ad
dextram eiusdem tabule reperies minuta et
secunda vel secunda et tercia, motum h-
orarium tam planete: Hac tamen condi-
cione, si motus diurnus gradus habu-
erit erit primus numerus minuta secunda
secunda.

Si vero minuta habuerit erit primus nu-
merus secunda secunda tercia, iuxta titu-
lorum in capite tabule positorum deno-
facionem.

Tabula motus

Tabula motus unius hore, ad quam fit introitus, cum motu diurno planete

g	m	2	g	m	2	g	m	2	g	m	2
M	2	3	m	2	3	M	2	3	m	2	3
1	2	30	16	40	0	31	77	30	46	115	0
2	5	0	17	42	30	32	80	0	47	117	30
3	7	30	18	45	0	33	82	30	48	120	0
4	10	0	19	47	30	34	85	0	49	122	30
5	12	30	20	50	0	35	87	30	50	125	0
6	15	0	21	52	30	36	90	0	51	127	30
7	17	30	22	55	0	37	92	30	52	130	0
8	20	0	23	57	30	38	95	0	53	132	30
9	22	30	24	60	0	39	97	30	54	135	0
10	25	0	25	62	30	40	100	0	55	137	30
11	27	30	26	65	0	41	102	30	56	140	0
12	30	0	27	67	30	42	105	0	57	142	30
13	32	30	28	70	0	43	107	30	58	145	0
14	35	0	29	72	30	44	140	0	59	147	30
15	37	30	30	75	0	45	112	30	60	150	0
									61	153	[illegible]

Septimo. Hunc motum solis in una hora re-
ductum ad secunda sic capies minuta unius hore
respondencia et multiplicabis illa per 60
producto addes secunda unius hore respo-
dencia ex tabula accepta. producto vo-
cabitur motus solis in una hora redu-
ctus ad secunda

Octauo. accipies distanciam solis ad secunda
reductam prius et illam suprascribes capies
deinde et motum solis in una hora reductum
etiam ad secunda. que subscribes priori.

Nono. diuides illum superiorem numerum
per inferiorem et in quociente habebis
numerum ostendentem tibi horas revolucio-
nis anni tui

Decimo. Si aliquid manserit indiuisum
multiplicabis per 60 et productum diui-
des per motum solis in una hora reductum
ad secunda. Et in quociente habebis nu-
merum ostendentem tibi minuta revolu-
cionis que scribe apud horas prius
inventas

Vndecimo. cum gradu solis natiuitatis
intrabis in tabulam equacionis dierum
querendo signum in fronte tabule gradum
vero a latere tabule et ex opposito cu-
ius accipies minuta et secunda. que scribes
in minutis revolucionis

Duodecimo. addes huiusmodi minuta subscrip-
ta superioribus et productum vocabitur
tempus equatum revolucionis in horis et
minutis

Tredecimo. pro hoc tempore facies figu-
ram celi. querendo signum solis sub
decima domo in tablis tue regionis et
sub illo signo gradum solis, ex opposito
cuius in parte sinistra et prima co-
lumna inuenies horas et minuta que addes
ad horas et minuta revolucionis inventa:
productum querendo per tablas et ubi
illum horarum numerum vel minorem vel sibi
propinquiorem inveneris ibi capies prin-
cipia sex domorum que in figura inscri-
bes: et planetas dicti temporis in huius
figuram inseres

Quatuordecimo. Hec figura vocabitur
revolucionis anni vel conversionis fi-
gura ex qua homini illo anno fo quod
futurum sit iudicabis

Canon inueniendi horam minutum revolucionis facillimo modo

Primo. Iuxta canonem precedentem inuenias
distanciam solis in minutis et secundis a gradu
minutis et secundis natiuitatis.

Secundo cum minutis distancie intrabis in
tablas

Tabulam proporcionalem 60 minutorum et in prima
columna queres illa minuta distancie ex oppo-
sito quorum sub numero 24 in fronte table
invento capies duos numeros. primus
ostendet tibi horam, secundus minuta revolucio-
nis quos numeros scribe extra sub titu-
lis suis horas sub horis minuta sub minutis.

Tercio si fuerit aliqua secunda circa mi-
nuta distancie quere illa secunda distancie
eciam in prima linea table proporcio-
nis ex opposito quorum sub .24. capias
duos numeros primus ostendet tibi mi-
nuta. secundus vero secunda revolucionis.
Hos duos numeros subscribe primis
duobus minuta videlicet sub minutis et secunda
sub titulo secundorum adderes tandem illa in
simul. et productum demonstrabit tibi horam
minutum secundum revolucionis inequata.

Quarto ut facias equacionem horis
temporis intrabis cum gradu solis in ta-
bulam equacionis. ex opposito gradus
sub signo solis capies minuta et secunda que ad-
des minutis et secundis apud horam revolucionis
et habebis tempus equatum.

Quinto. pro istis horis et minutis ac secundis
facies revolucionis figuram ut in canone
proximo. dictum est

Canon de profectione annua cu-cuiuslibet domus et planete in figura natiuitatis

Primum vide annum domini quo fuit natiuitas
tua quem subscribe.

Secundo. pone annum domini quo facis re-
volucionem seu pro quo vis profectionem sci-
re. Et hunc annum suprascribe priori

Tercio subtrahe inferiorem annum domini
a superiori numerum qui remanserit post
subtractionem. ostendet tibi annos completos
seu transactos a natiuitate.

Quarto. Hos annos completos divide
per. 12 et numerum qui post divisionem
manserit nota.

Quinto computa a signo decime nativi-
tatis tot signa secundum ordinem signorum
quot unitates fuerint in numero illo re-
licto post divisionem, et signum immediate
sequens erit signum profectionis decime
pro anno tuo currenti

Sexto. computa eodem modo ab undecima
et aliis domibus ac planetis omnibus
ponendo singula in figura et. hec erit
figura profectionalis annua.

Advertas tamen quod astrologi commu-
niter Ptolomei doctrina in quarto qua-
dripartiti

quadropartiti sequentes nō faciūt profectio-
nes nisi quis locorū videlicet. Prin. decī.
solis loce ptis fortune. quas sub figura
revolucionis solent subscribe

Canon de faciendis figuris profectionū mēsurnarū seu mensib9 profectionalibus

Primo. invenias sedʒ canones de revo-
lucionibus datos mensē diē horā mīta revo-
lucionis que scribe extra.

Secundo. accipe 28 dies duas horas et
18 mīta. que subscribe sub illis diebus ho-
ris mītis revolucionis

Tercio. addes mīta mītis, horas horis,
dies diebus, et productū ostendet tibi diē
horā et mīta mensis sedi

Si autem contingat quod post addicioēs
dierum ad dies exurrit plures quā habu-
erit mensis ad cuius dies addidisti 28
dies, tot subtrahes ab illis collectis di-
ebus ex addicione tot dies quot habuerat
mensis ille ad cuius dies 28 addideras
residuos cum numerus ostendet tibi diē
mensis sequentis.

Eodem modo si ex addicione horarū
ad horas plures exurrerit quam 24
subtrahes 24 et addes pro illis unā

diem ad dies, Ita si ex addicione mītorū
ad mīta plura exurrerit quam 60 deme 60
et adde unā horā horis.

Quarto si volueris habē principiū t-
cij mensis acceptis diebus horis mītis
mensis sedi adde illis simile 28 dies
duas horas 18 mīta. et productum oste-
det tibi principiū tercij mensis

Quinto. eodē mō invenies principiorū
quarti. quīti, sexti usque ad tredecimū
mensis per continua addicioēs ad ho-
ras dies mīta mensis precedentis 28 di-
erū duarū horarū.

Sexto. et facias figuras pro aliquo
istorū mensiū sic procede. primo vide
quo die hora et mīto mensis ille ince-
perit. s

Secundo. Ex opposito dici illius acci-
pe gradū solis cum quo invenias equa-
cionē (in mītis et sedis) dierū quā
equacionis adde mītis circa horā mensis
inventis et habebis tempus equatū mensis

Tercio. cum illo gradu et signo solis in
trabis in tabulas tuas querendo sig-
num in decima. Et gradum sub eo
ex opposito eorum in tempore accipe ho-
ras et mīta que addes horis et mītis

mensis equati.
Quarto. productum ex additione per tablas queres et ubi inveneris illud ubi princi:
pia sex domorum accipies.
Quinto. in hanc figuram inscribes loca planetarum ex opposito diei tue mensis ac:
cepta ex almanach.
Sexto. Hec figura vocabitur profecti:
onalis mensorna per quam iudicabis quid
mense illo homini contingere debeat

Verum locum solis et lune atque quinque planetarum capitis caudeque draconis lune ad quamcumque diei horam atque momentum elicere Canon

Et quia in ephemeridibus motus solis et lune ac quinque planetarum. Item capitis caudeque draconis lune ad meridiem diei cuiusque numero ascribuntur, supputati sunt. Constetque quolibet diei momento motus eorum invariari, ob continuo sphaerarum orbium motum convenit ut hoc in loco generalem tradere modum quo cuiusque planete motus omni momento ex ephemeride excipiatur. Et hoc per regulam proporcionum volgatissima in hunc modum.

Scribatur primo loco numerus 24 horarum diei naturalis secundo loco motus diurnus planete, qui ex subtractione motus sui diei a motu eiusdem planete diei immediate subsequentis si directus fuerit. aut econtra si retrogradus fuerit, colligitur. Tercio loco temporis in horis et minutis ad quod motum vis. Quibus numeris ita ad regulam proporcionum dispositis multiplicetur secundus per tercium vel econtra. et productum dividatur per primum. tum quociente adde, si planeta directus fuerit. vel subtrahe si retrogradus ei motu in ephemeride sui diei scripto et proveniet erit locus planete verus ad tempus tuum propositum.

Argumentū latitudinis lune, verū ac equatum reperire canō

Argumentū latitudinis lune, est distācia corporis lunaris à capite draconis suo. Ad habendū aūt argumentū latitudinis lune accipe ex ephemeride veros motus lune et capitis draconis eorūdē, pro certo tpe designato, et caracteres eorūdē motuū per tabellā caracterū tz signorū Zodiaci in numeros signorū resolue. veroq motu capitis draconis lunaris à vero motu lune subcepto, cōsoluatis tz signis si aliās subtractio pfieri nequeat: verū et eqtū argumentū latitudinis lune emergit

Latitudinē lune veram quouis momēto ostendere Canon

Ingredere tabulā Hant perquisito signo argumenti latitudinis lune per canonē precedentē inventū aūt in capite vel pede tabule. Signo in capite tabule deprehenso gradū argumenti in linea numeri gradū lateris sinistri à capite tabule ad eius pedem descendendo accipe: et in angulo comuni. aūt cōcursu linearū signi et gradus argumenti latitudinis lune invenies latitudinē septentrionalem ascendentē. vel meridionalē descendentē lune p grad et mīta scriptam.

Septentrionalē quidē ascendentē. cū argumentū latitudinis lune 0 1 aūt 2. in signis tenuerit. Meridionalē descendentē argumento latitudinis lune, 6 7 aūt 8 signa possidente. Quod si signū memorati argumenti latitudinis lune in pede tabule ofensū fuerit, gradū eius in linea numeri graduū lateris dextri tabule à pede ad caput tabule scandēdo recipe et in comuni angulo signi et gradus ipius argumenti latitudinis lune, latitudinē septentrionalem descēdētē. vel latitudinē meridianā ascendētē in gradibus et mītis agnosces, quā septentrionalē descēdētē pro[...]cia, si argumentū latitudinis lune fuerit. 3 4. aūt 5 signorū. Meridionalē aūt ascendētē argumento latitudinis lune 9 10 aūt 11 in signis complectente, Si preterea argumento latitudinis lune minuta certa adheserit duplici introitu agendū est dicta (ut assolet) excerpenda et pt[...] porcionalis scdm proportionē intoꝗ ingressa integros gradus. ad 60 mīta elicienda, quā adde vel minue ex angulo comuni, prout res ipsa astronomica exigit

Tabula latitudinis lune

Latitudo Septemtrionalis

G	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	
	Ascens		Ascens		Ascen:		Desce		Desces		Descens		
	0		1		2		3		4		5		
0	0	0	2	30	4	20	5	0	4	20	2	30	30
1	0	5	2	34	4	22	5	0	4	20	2	25	29
2	0	10	2	39	4	25	5	0	4	14	2	21	28
3	0	16	2	43	4	27	5	0	4	12	2	16	27
4	0	21	2	48	4	30	4	59	4	9	2	11	26
5	0	26	2	52	4	32	4	59	4	6	2	7	25
6	0	31	2	56	4	34	4	58	4	3	2	2	24
7	0	37	3	0	4	36	4	58	3	59	1	57	23
8	0	42	3	4	4	38	4	57	3	56	1	52	22
9	0	47	3	9	4	40	4	56	3	53	1	47	21
10	0	52	3	13	4	42	4	55	3	50	1	42	20
11	0	57	3	17	4	44	4	54	3	46	1	37	19
12	1	2	3	21	4	45	4	53	3	43	1	33	18
13	1	7	3	24	4	47	4	52	3	39	1	28	17
14	1	12	3	28	4	48	4	51	3	36	1	23	16
15	1	18	3	32	4	50	4	50	3	32	1	17	15
16	1	23	3	36	4	51	4	48	3	28	1	12	14
17	1	28	3	39	4	52	4	47	3	24	1	7	13
18	1	33	3	43	4	53	4	45	3	21	1	2	12
19	1	37	3	46	4	54	4	44	3	17	0	57	11
20	1	42	3	50	4	55	4	42	3	13	0	52	10
21	1	47	3	53	4	56	4	40	3	9	0	47	9
22	1	52	3	56	4	57	4	38	3	4	0	42	8
23	1	57	3	59	4	58	4	36	3	0	0	37	7
24	2	2	4	3	4	58	4	34	2	56	0	31	6
25	2	7	4	6	4	59	4	32	2	52	0	26	5
26	2	11	4	9	4	59	4	30	2	48	0	21	4
27	2	16	4	12	5	0	4	27	2	43	0	16	3
28	2	21	4	14	5	0	4	25	2	39	0	10	2
29	2	25	4	17	5	0	4	22	2	34	0	5	1
30	2	30	4	20	5	0	4	20	2	30	0	0	0
	11		10		9		8		7		6		
	Ascens		Ascens		Ascens		Descen		Desces		Descens		

Latitudo Meridionalis

Latitudines quinque planetarum certis diebus atque horis determinare Canon

Latitudines quinque planetarum, saturni, Jovis Martis, veneris et Mercurij in ephemeridibus ad diem primam, decimam et vigessimam in gradibus et minutis in calce charte sinistre sub quolibet quinque planetarum caractere, conspicies, Pars autem latitudinis et eius tota habito do per binas literas quas singule planetarum columnule in capitibus gestant, His nempe duabus S A. Septemtrionalis ascens. S D. Septemtrionalis descens planeta insinuator. Sic M D. Meridionalem descendentem. Et M A. Meridionalem vero ascendentem significant.
Quod si certam et similiter planete latitudinem ad quemvis diem Mensis habere volueris duarum latitudinum immediate conscriptarum differenciam elige, Quam per dierum intercadencium numerum dividas Sic enim exibit in quociente quantum pro quolibet die latitudinis eiusdem planete addendum, vel minuendum veniat vt astronomica postulat racio. Verum si in columnella cuiuspiam planete litera S vel M occurerit tunc pars latitudinis eiusdem planete variatur Si autem A, vel D. tunc ascensus vel descensus variatur secundum has significaciones. Quod si in diebus intercadentibus, hoc est ab 1 in 10 vel a 10 in 20, vel eciam a 20 in 1 mensis

Mensis sequentis pars latitudinis variatur. Cum
dies quo variatur latitudo nulla est plane-
te. Et si autem dierum istorum aliquo incidente
die latitudo queritur. Cum diversa erit talis qua-
lis circa proximum diem expressa ante variatio-
nem signatur. Ita quoque fit aliquo die in-
cadente sequente qui etiam numerandus est
a die quo paulo ante latitudo variatur
Sed horarium vide consule canonem sextum horarum.

Porro autem horę inequales in die vel nocte fient, cum tabula hac infra
scripta cum horis integris ab ortu solis ad occasum acceptis accesseris.
Nam quas in summa columna consimiles horę linea a 1 usque ad 11 [illegible] regione o-
rum horis ut iunctim de subter notatum invenies, consimiles horę spatium
diei ipsius ostendet, si cum arcu diurno tabulam ipsam invaseris. Vel
nocturnę horę consimiles limitatum tempus aperiet, si cum tempore nocturno
tabule eiusdem ingressum quesieris. Quod si ultra horas [illegible] in arcu
aliquo diurno, vel nocturno minuta aliqua adheserint, cum minutijs eisdem
horarum, et [illegible] minutis sinistrorsum acceptis collateralem lineam descen-
dentem ingredere atque e directo ipsorum in angulo communi sub horarum integrarum
linea tempus ibidem notatum accipies. Verum si ultra minuta eadem in quibus tabu-
lam ipsam modo ingressus fueras, aliqua deinceps abundaverint, pro quo-
libet minuto superstanti secunda quinque tempori prius exhibito horę ipsius
diurnę, vel nocturnę adiungito. Sic namque minuta 12 arcus eiusdem minutis
horę consimilis diei, vel noctis adaugent. Habito ergo adequato tempore
horę consimilis diei, vel noctis et multiplicatione ipsius
horę unius, qualiscumque diurnę, vel nocturnę
tempore [illegible] facile elicies. Nam si duplum temporis eiusdem ortui, vel
occasui solis addideris, horam secundam spatium diei, vel noctis habebis
[illegible] horis meridiei, vel noctis medie adnumeraris. Sexta tunc
hora diei, vel noctis. Itaque quarta octava, sin triplum nona
[illegible] ab ortu efficiet. Sin secunda, ac tertia, a meridie, vel
noctis medio inchoantibus eque patebit. Quarum modo dominium
[illegible] cum dictis planetarum fatiens superius edocta edisces.

Horę	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
M.	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M
0	0 35	0 40	0 45	0 50	0 55	1 0	1 5	1 10	1 15	1 20	1 25
12	0 36	0 41	0 46	0 51	0 56	1 1	1 6	1 11	1 16	1 21	1 26
24	0 37	0 42	0 47	0 52	0 57	1 2	1 7	1 12	1 17	1 22	1 27
36	0 38	0 43	0 48	0 53	0 58	1 3	1 8	1 13	1 18	1 23	1 28
48	0 39	0 44	0 49	0 54	0 59	1 4	1 9	1 14	1 19	1 24	1 29

minuta

Dignitates planetarum in signis

Sig:	Dom	Exalta:	Triplicitas			facies. decang 10	20	30	Termini				fines
♈	♂	☉	☉	♃	♄	♂	☉	♀	♃ 6	♀ 12	☿ 20	♂ 25	♄ 30
♉	♀	☽	♀	☽	♂	☿	☽	♄	♀ 8	☿ 14	♃ 22	♄ 27	♂ 30
♊	☿	☊	♄	☿	♃	♃	♂	☉	☿ 6	♃ 12	♀ 17	♂ 24	♄ 30 19
♋	☽	♃	♀	♂	☽	♀	☿	☽	♂ 7	♀ 13	☿ 19	♃ 20	♄ 30
♌	☉		☉	♃	♄	♄	♃	♂	♃ 6	♀ 11	♄ 18	☿ 24	♂ 30
♍	☿	☿	♀	☽	♂	☉	♀	☿	☿ 7	♀ 11	♃ 21	♂ 28	♄ 30
♎	♀	♄	♄	☿	♃	☽	♄	♃	♄ 6	☿ 14	♃ 21	♀ 28	♂ 30
♏	♂		♀	♂	☽	♂	☉	♀	♂ 7	♀ 11	☿ 19	♃ 24	♄ 30
♐	♃	☋	☉	♃	♄	☿	☽	♄	♃ 12	♀ 17	☿ 21	♄ 26	♂ 30
♑	♄	♂	♀	☽	♂	♃	♂	☉	☿ 7	♃ 14	♀ 21	♄ 26	♂ 30
♒	♄		♄	☿	♃	♀	☿	☽	☿ 7	♀ 13	♃ 20	♂ 25	♄ 30
♓	♃	♀	♀	♂	☽	♄	♃	♂	♀ 12	♃ 16	☿ 19	♂ 26	♄ 30
Dign: 5		4		3			1				2	tates	
			Die	Norte: particeps									

Hore inequales seu planetarie

Dies Artificialis prolixior H	M	Diurne H	M	2ª	Nocturne H	M	2ª
1	0	0	5	0	1	55	0
2		0	10	0	1	50	0
3	0	0	15	0	1	45	0
4		0	20	0	1	40	0
5	0	0	25	0	1	35	0
6	0	0	30	0	1	30	0
7	0	0	35	0	1	25	0
8	0	0	40	0	1	20	0
9	0	0	45	0	1	15	0
10	0	0	50	0	1	10	0
11	0	0	55	0	1	5	0
12	0	1	0	0	1	0	0
12	10	1	0	50	0	59	10
12	20	1	1	40	0	58	20
12	30	1	2	30	0	57	30
12	40	1	3	20	0	56	40
12	50	1	4	10	0	55	50
13	0	1	5	0	0	55	0
14	0	1	10	0	0	50	0
15	0	1	15	0	0	45	0
16	0	1	20	0	0	40	0
17	0	1	25	0	0	35	0
18	0	1	30	0	0	30	0
19	0	1	35	0	0	25	0
20	0	1	40	0	0	20	0
21	0	1	45	0	0	15	0
22	0	1	50	0	0	10	0
23	0	1	55	0	0	5	0
24	0	2	0	0	0	0	0
Nox prolixior		Nocturne radix			Diurna radix		

Inventurus quota sit hora diei inequalis primo quere quantitatem diei, inventam divide per 12 partes equas. nam ita tibi quantitas unius hore inequalis producetur, qua reperta vide quot sint hore equales elapse ab ortu solis ad tempus propositum tempus illud divide per quantitatem unius hore inequalis, et habebimus horam inequalem temporis propositi. Eodem modo pro nocte agitur.

Tabula mueniendi ortū solis in horis et m̄tis

	Januari: H	M	februa: H	M	Marcij H	M	Aprilis H	M	Maius H	M	Junius H	M
1	15	53	14	24	12	42	10	44	9	1	7	56
2	15	48	14	20	12	38	10	47	8	59	7	55
3		46		17	12	35	10	47	8	56	7	54
4		44		14		32		33		53		54
5		41		11		31		29		50		53
6		39		7		24		26		47		53
7		37		4		20		22		44		52
8		35		1		16		18		42		52
9		32	13	56		12		14		40		51
10		29	13	53		8		11		38		51
11		26	13	50		4		7		36		50
12		24		47		0		4		34		50
13		21		42	11	56		0		31		50
14		19		38	11	53	9	57		28		50
15		16		35	11	50	9	53		26		50
16		12		31		45	9	50		24		51
17		10		27		41		47		22		51
18		8		24		37		43		20		52
19		4		20		33		40		18		52
20		2		16		30		36		16		53
21		0		13		26		33		14		53
22	14	56		9		22		30		12		54
23	14	53		5		18		27		10		54
24		50	12	1		14		24		8		55
25		47	12	57	10	11		20		5		56
26		43	12	53	10	7		17		3		57
27		40		50	10	3		14		1		58
28		37		46		59		11	7	0		59
29		34				55		8	7	59		1
30		30				52		5	7	59	8	2
31		27				48		2	7	57	8	-

Tabula muendi ortū solis in horis et minutis

	Julius H	M	Augustg H	M	Septeb H	M	october H	M	noueb H	M	December H	M
1	8	3	9	20	11	7	13	1	14	50	16	5
2	8	5	9	23	11	11	13	5	14	53	16	6
3	8	8		24	11	14	13	9	14	56	16	6
4		10		27		18	13	13	15	0		7
5		12		30		22		16	15	1		7
6		14		33		26		20		4		8
7		17		36		30		24		7		8
8		19		40		33		27		10		9
9		22		43		37		31		13		9
10		24		47		41		35		16		10
11		26		50		45		38		19		10
12		28		53		50		42		21		10
13		31		57		53		47		24		10
14		35	10	0		56		50		26		10
15		38	10	4	12	0		53		29		9
16		31	10	7	12	4		57		32		9
17		40	10	11	12	8	14	1		35		8
18		42		14		12	14	4		37		8
19		44		18		16	14	7		39		7
20		47		22		20		11		41		7
21		50		26		24		14		44		6
22		53		29		27		17		46		6
23		56		31		32		20		49		5
24		59		37		35		24		51		4
25	9	1		41		38		27		53		4
26	9	3		44		42		30		55		3
27	9	5		48		46		34		57	15	2
28	9	8		52		50		37		59	15	59
29	9	11	10	55	12	53		40	16	2	15	57
30	9	14	10	59	12	57		43	16	3		55
31	9	17	11	5				41				53

Juli: Aug: Septe. octo. noue. Dece

Tabula inuemēdi Meridiem qualʒ die in horis et mĩtis

	Janua: H	M	februa: H	M	Marcius H	M	Aprilis H	M	Maius H	M	Junius H	M
1	19	53	19	9	18	19	17	18	16	30	15	58
2	19	53	19	8	18	17	17	16	16	29	15	57
3	19	52	19	7	18	16	17	14	16	28	15	56
4		50	19	5		12	17	13	16	26		56
5		49	19	3		11		12		25		56
6		48	19	2		10		10		23		56
7		47	19	0		8		9		22		55
8		46	18	58		6		7		21		55
9		44	18	56		4		5		21		55
10		43	18	53		2		3		19		55
11		42		53	18	0	17	2	16	18	15	55
12		40		51	17	58	16	59	16	17	15	55
13		39		49	17	56	16	58	16	15	15	55
14		38		47	17	55		56		14		55
15		36		45		52		55		13		55
16		35		43		50		53		12		55
17		34		42		48		52		11		56
18		32		40		46		51		10		56
19		31		38		45		50		9		56
20		30		36		43		48		8		56
21		28		32		41		46		7		57
22		26		32		39		45		6		57
23		25		20		37		43		5		57
24		23		28		35		42		4		58
25		21		26		33		40		3		58
26		20		25		31		38		2		59
27		18		23		21		37		1	15	59
28		17		21		27		35	16	0	15	0
29		15		21		26		34	15	59	16	1
30	19	15	18	21	17	23	16	32	15	59	16	1
31	19	12	18	21	17	21	16	31	15	58	16	1

Tabula inuemēdi Meridiem in horis et mĩtis.

	Julius H	M	Augustus H	M	Septēb H	M	octob H	M	nouēber H	M	Decemb H	M
1	16	2	16	40	17	33	18	32	19	26	20	3
2	16	3	16	41	17	35	18	34	19	28	20	3
3	16	4	16	42	17	37	18	36	19	30	20	3
4	16	5		43	17	39	18	38	19	31	20	3
5		6		45		41		40		32		4
6		7		46		43		42		34		4
7		8		48		45		43		35		4
8		9		49		45		45		36		4
9		11		50		49		47		38		5
10		12		51		53		49		39		5
11		13		52		55		51		40		5
12		14		55	17	57		53		42		5
13		16		56	17	58		55		43		5
14	16	18	16	58	18	0		56	19	44	20	5
15	16	19	17	0	18	2		58	19	46	20	5
16	16	20	17	2	18	4	19	0	19	47	20	4
17		21	17	3		6	19	2		48		4
18		22		5		8	19	3		49		4
19		23		6		10		5		50		4
20		24		9		12		7		52		3
21		25		11		13		8		53		3
22		26		13		16		10		55		3
23		28		14		17		12		56		3
24		29		16		19		14		57		2
25		30		18		21		15	19	59		2
26		31		20		23		18	19	0		1
27		32		22		25		20	20	1		58
28		34		24		26		21	20	1	19	59
29	16	35	16	26	18	28	19	22	20	2	19	56
30	16	37	16	28	18	30	19	24		3	19	54
31	16	38	16	30	18	30	19	25		4	19	54

Longitudinem diei noctisq[ue]. Tempus item ortus et occasus solis. quolibet tempore anni numerare canon

Conspiciens equidem partem hanc de natiuitatibus in hac profondissima astrorũ sciencia haud parvi esse momenti. ac humane vite hõme necessariam. Nam precognoscens homo quecunque in vita sibi accidere possũt tam cõmoda et bona quam mala et incõmoda poterit facille tanquam prudentissimũ animal vitam regere. pericula evitando et cõmoda aquirendo decrevi librum hunc utilissimũ componere: cũ presertim videre in hac arte tantam esse rerũ confusionẽ propter varia scribenciũ dicta ut quilibet abstineat et abhoreat scienciã tam nobilem agredi. Imo tam multiplicia autorũ dicta, et nonnumquam inter se pugnancia tam verissimã scienciã faciunt,

tanq̄ nō veram videri, Omnis aūt scribenciū error provenit. quia viam principis astrologorū Ptolomei nō sequebantur et ab eo deviantes in manifestissimos errores ac falsas opiniones Inciderunt. Quamplurimi vero licet vehementer sciencia hanc asequi voluerint. tamē nō confisi Ptolomei brevitatem ac eius sentenciarū profunditatem intelligere a ceptis destitere. Nec defuere sapientes nonnulli qui difficultatem in hac arte laboriosam, abhorrētes ausi sunt falsam ipsam existimare. Idq̄ probabilibus quibusdam racionibus suadere. Propterea nos velutī media progredientes via, longitudinē aliorum et confusionē ac inordinacionē. ac rerū quasi indigestam mollem fugientes nimiā quoq̄ brevitatem ac difficultatem postponentes in nativitatibus libellum conscribemus. In quo Ptolomei in primis sequuti ordinem ac sentencias partem hanc sciencie huius pro viribus nostris dilucidabimus. et cū pluribus facultatem dabimus. ut artem istam nō abhorreant omniū ni fallor et certissimā et nobilissimā. quid enī dignius ac divinius esse potest. q̄ futura deorum more predicere. ac presire, presciendo aūt que nobis iminent adversam precavere. Sic enī diis sites sumus et supra humanā sortem evolamus.
Ex his igr que diximus patet hactenus tū dicendorum a nobis intencio tū ecīa utilitas. Si pauca de ordine subiunxero rem ipsam agrediar

155.

Ordinem aūt eū in dicendis servabimus quem servat in libro quatuorpartitū Ptolomeus. parte tercia et quarta. Existimamus enī quod quemadmodū hand laudabilem ordinē servare potest qui in rebus naturalibus ab aristotelis ordine recesserit. Et in medicis a galeno Et Avicenna. Idem enī est Avicenne et Galeni ordo. in partiū medicīe eius racione. licet aliqua insit in illis disponendis varietas. Avicenna etenī omniū particularium partium segregavit universalia a particularibus ac eadem in unū congessit libro At Galenus generalia cuiuslibet negocij particularibus simul adnexit. Non est enī inter avicennā et galenū. cuius ille interpres fuit et velutī abreviator. (ut ipsemet sepe fatetur) magna diversitas. Sic profecto nulla tenus recte quispiam in astrorū facultate conscribere potest si a summo astrologorū duce Ptolomeo recesserit. Nos igr In hac de nativitatū utriusq̄ parte ea capita discucienda preponemus que ipsemet discuciendo pertractat. Intendimus enī in hoc libro maxīe dicta Ptolomei eiusq̄ breves ac profundissimas sentencias pro viribus dilucidare. nonnūq̄ tamē aliqua interponemus nō ut Ptolomeo quicq̄ addere videamur cūcta et enī ille in dictis suis mira brevitate complexus est neq̄ quicq̄ in hac arte necessariū postposuit sed ut eius dicta atq̄ sētēcias brevitate per maxīe arduas facilius intelligere possimus

Primum quod in natiuitatibus precipiebat Ptolo[meus]

Tractatu tercio sui quadripartiti capitulo secundo: est a-
scendentis gradum natiuitatis hora certo inuestigare
ut eo quidem inuento totum celi thema qualiter eadem ho-
ra se habeat inueniatur. Celum namque totum in duode-
cim equales partes: quemadmodum. que duodecim sunt
zodiaci signa: secant astrologi ut in libello meo ysa-
gogico dixi. quas quidem partes celi vel domos appellant
quarum quelibet ex 30 gradibus constare dicitur quorum
quinque cuspidis gradum cuiusque domus precedunt, reliqui
vero sequuntur. Dixit Ptolomeus certum ascendentis gradum
hora exitus infantis difficile est inuenire propter
fallaciam horarum instrumenta in quibus inspicientes
sepe numero falluntur et ita credentes exitum
infantis esse una hora non est in illa precise sed
ante vel post illam. Quare aut horologia decipi-
ant ibidem Ptolomeus rationes assignabat quas
breuitatis causa dimittimus nisi quis per solum
astrolabium obseruauerit: Immo dicit ibidem Hali he-
benrodan quod eciam in hac obseruacione potest error
contingere; quando stella quam aspiciunt sapientes
est circa medium celi et aspiciens ignorabit utrum
sit in medietate celi recte. vel tardabit regulam
ponere super gradum. Ita quod firmamentum
ibit diu antequam moueat eam. vel surget tarde

ad inspiciendum postquam fuerit sibi dictum, quod creatura
sit nata. Ita quod habebit necessario inspicere aliud
aliud gradum ascendentis post natiuitatem aut erit ibi
error in astrolabio vel diuisione graduum altitudinis
vel in cedula vel in toto circulo altitudinis. Si enim
acciderit error in uno gradu altitudinis ascendens
inuentum non erit illud natiuitatis et eciam in uno
minuto quod erret non erit illud ascendens. Si igitur in astro-
labio potest error contingere pro inuenienda tam
certa natiuitatis hora eo magis in ceteris horarum
instrumentis. Non est igitur instrumentum de quo possit
homo esse securus in certo sciendo horam qua se-
paratur creatura a matre. licet verius instru-
mentum sit astrolabium. Propterea Ptolomeus
ait quod oportet methodum inuenire aliquam qua
verum et naturale ascendens inuenire possimus et
licet alij vias alias dederunt sunt illi qui hermet-
tem sequentes per scienciam hore casus spermatis
in matricem. querebant certam natiuitatis horam
cognoscere. propter sentenciam Ptolomei in centi-
loquio dicentis verbo 51. quod locus lune in ca-
su spermatis est ascendens natiuitatis et locus lu-
ne hora natiuitatis est ascendens casus spermatis
in matricem et dicunt tantam esse conformitatem
lune ad ascendens nati quod per tot reuolutos
orbes luna venit ad punctum nominatum. et assi-
gnant tres moras natorum in uteris matrum.

Sed quoniam nostra intentio est dimissis aliorum opini-
onibus solam Ptolomei sententiam dilucidare. Ideo
quid in hoc Ptolomeus dixit quo maxime sequi propo-
suimus enarrabo. Dixit itaque Ptolomeus quod gra-
dum verum ascendentis naturalis hora exitus in-
fantis ab utero. Scire possumus per ascendens aliquod
propinquum et estimatum inventum per horam quam no-
bis attribuitur .i. estimatam horam. Dicamus igitur primo
de inventione ascendentis estimati .i. de erectione
figure celi estimate ut illud rectificando possimus
verum ascendens et veram celi figuram elevare.

De ascendente estimato seu de erectione figure estimate per horam qua nobis vulgariter assignatur

Non te lateat duobus modis te posse celi figuram ad
horam que assignatur erigere. Unus quidem modus et fa-
cilis est cum methodo que ante ephemerides legitur,
ubi reperiuntur tabule 12 domorum ad elevationem
polarem graduum, 42. 45. 48. 51. et 54 et eorum
collateralium graduum tam precedentium quam sequentium.
Alter vero modus difficilior ac magis universa-
lis et certior est per tabulas ascensionum Joannis
de monte regio ubi ad quamcunque poli elevationem
figuram erigere celerem. Et quoniam a facilio-
ribus est inchoandum Ideo primo ponamus mo-
dum. qui quoniam brevissime et cum difficultate tradi-
tur ante ephemerides illud clarius enodabimus

Primus modus et communiter usitatus erigendi celi figuram estimatam per communes ephemerides ad Horam quamlibet vulgarem assignatam et partes Hore

Inprimis igitur si celi figuram ad quamcunque diei vel
noctis horam et minuta hore, erigere cupis pro alicuius
nativitate. Nota annum. Mensem. diem. horas atque
minuta hore, cum civitate sive loco in quo est nativitas
quando natus ex utero matris exivit. Debet autem ho-
ra illa notari ac pars hore quando natus est in
exitu .i. quando medietas ipsius est intus altera
vero extra.

Annexio

Horas notabis vulgares et estimatas que sunt
hore horologii incipientes ab occasu namque secus fu-
erit si hore inciperent a meridie et huiusmodi quod
tempus in horis et minutis horarum quo poteris preci-
sius et verius habeto. ut si non certam ac veram
nativitatis horam. saltem vere propinquiorem esti-
matam habeas.

Si nativitas sit precise in meridie quomodo procedendum

Secundo vide si huiusmodi tempus in diebus horis
atque minutis horarum quo quis natus est. Tempus est pre-
cise in meridie. aut ante meridiem aut post meridiem
.i. huiusmodi hore ac minuta horarum si advenerit sunt
ne precise in meridie. Itaque tunc sit precise meri-
diei tempus in loco quo figuram erigis aut sunt
hore ante meridiem aut post meridiem. et sicut

Hi modi varij sunt sic vario modo debes operari

Primu itaq Si tempus illud est p̄cisse in meridie. Itaq natiuitas precise in tempore meridiei fuerit. Accipe ex almanach motu solis in signo gradibus et minutis e directo illius diei quo fuit natiuitas et illud nota

Tercio. scias quod licet huiusmodi solis motus sicut et reliquorum planetarum sit in almanach ad tempus meridiei calculatus ad quod dies omnes astronomici et equales claudontur. tamen quoniam in diuersis ciuitatibus atque locis diuersi sunt meridiani et meridiei spacia in ciuitatibus que sunt orientaliores prius est tempus meridiei propter solis aduentum quam in illis que sunt occidentaliores propterea in his que sunt orientaliores oportet minuere de motu. Motus aut solis ac reliquorum planetarum omnes sunt in almanach signati et calculati ad meridianum Ciuitatis Thubingen. Ideo necesse est volenti recte operari motum solis rectificare et ad meridianum loci quo figuram erigis reducere: secus error in erectione figure fieret. Presertim si ciuitas tua esset multum distans in longitudine vel versus orientem vel occidentem a Tubingen. Huiusmodi aut reductio ac motus solis rectificacio sic pagenda est

Modus equandi motum solis in almanach ad quemlibet meridianu

Primo vide longitudinem ciuitatis ad cuius meridianum est factum almanach i. distanciam eius ab occidente habitato. Et illam nota

Secundo longitudinem ciuitatis in qua facta est natiuitas et illam similiter nota. Has aut ciuitatum longitudines inuenies apud Ptolomei cosmographiam vel apud aliquem ex modernis cosmographis sicut Apianum et reliquos

Tercio vide. que istarum longitudinum sit minor maior ve et subtrahendo minorem a maiori proueniet distancia meridiani notanda titulo A vel M. A i. adde si longitudo tue ciuitatis minor fuerit quam longitudo ciuitatis in qua factum est almanach M vero i. minue si fuerit maior. vel sub aliis verbis A si ciuitas in qua facta est natiuitas est occidentalior M vero si orientalior Annexio

Si talis distancia fuerit diuersarum denominacionum puta graduum et minutorum. reducatur ad eandem denominacionem. s. minutorum multiplicando vt racio postulat astronomica. gradus per 60 proueniet minuta quibus addantur minuta adherencia gradibus et sic distancia tota fiet vnius denominacionis.

Quarto Huiusmodi distanciam meridianorum ad eandem denominacionem reductam diuide per 15 et in quociente prouenient hore et minuta correspondencia gradibus et minutis distancie. quas notabis eo titulo sue distancie A vel M. Annexio

Si diuisione facta in quociente fuerit plus quam 60 minuta tunc diuide per 60. et resultabunt Hore et minuta

Quinto Sumpto motu solis in meridie diei precedentis natiuitatem et illud nota. Similiter motum eiusdem in

in meridie diei quo fuit nativitas et facta subtractione
minoris a maiori .i. precedentis motus a sequenti pro-
veniet in residuo differentia que est motus solis
diurnus qui nota in parte table.

Sexto Hunc motum diurnum divide per .24. et in quo-
ciente proveniet motus solis in hora in minutis notatus
et nonnunquam eciam in secundis. **Annexio**
Si talis motus solis in una hora fuerit diversarum
denominacionum .i. minutorum et secundorum reducatur ob fa-
cilioris arithmetice astronomice racionem ad eandem
denominacionem .i. secundorum

Septimo. Huiusmodi solis motum in una hora ad
eandem denominacionem iam reductum multiplicabis per
horam vel horas distancie. et in quociente prove-
niet motus solis correspondens hore vel horis
distancie quicunque motus notatus erit vel in minutis
si motus in hora fuit solum in minutis prenotatus
vel in secundis si idem motus in hora fuerat in
secundis notatus.

Octavo. Si motus hic solis correspondens horis
distancie ex predicta multiplicacione proveniens
sit in secundis tunc iuxta astronomicam racionem
dividendo per 60 reduces ad minuta. **Annexio**
Si quod in tali divisione fuerit residuum quod
dividi non possit pro secundis nota iuxta minuta
Et sic habebis motum solis in minutis et secundis
correspondentem hore vel horis distancie

Nono. Si circa horas distancie fuerint adhuc minuta pro-
quibus debes adhuc invenire motum solis sumito unam
horam pro primo termino et illam nota. Motum solis
in una hora iam superius reductum ad eandem denominacionem
pro secundo termino. minuta vero horis distancie adherentibus
pro tercio termino. Et deinde multiplicabis secundum per tercium
numerum vero ex tali multiplicacione productum divi-
de per primum, et proveniet tibi in quociente. motus
solis correspondens minutis illis distancie adherentibus ho-
re vel horis. **Annexio.**
Si in tali operacione pro secundo termino fuerint minuta
tunc numerus qui ex multiplicacione secundi per tercium
proveniet erunt secunda. Et deinde in divisione illius
quod provenit facta per primum proveniunt in quo-
ciente secunda. Si vero pro secundo termino fuerint secunda
in multiplicacione facta per tercium proveniet tercia
in numero multiplicative producto et postea in di-
visione illius facta per primum proveniet in quociente
eciam tercia. Sed hec superveracanea sunt scienti
racionem multiplicandi et dividendi minucias phisicas

Decimo. quecunque numerus in quociente tandem provene-
rit ex huiusmodi operacione sive secundorum sive terciorum
dividendo per 60 ut racio postulat astronomica
eo reduces ad denominaciones superioris minu-
cie. Nam si fuerit tercia reduces prius ad secunda

Et si quid remanserit quod dividi nō poterit notabis
pro tercijs iuxta s[ecund]a, Deinde ead[em] norma s[ecund]a redu-
ces ad m[inu]ta et residuum quod dividi nō potest nota-
bis pro s[ecun]dis Iuxta m[inu]ta. Annexio.
Si Iuxta s[ecund]a fuerit tercia si fuerint plura q[uam]
30 adde pro illis unū s[ecundu]m ad s[ecund]a, si 30 tantum vel
pauciora abijciantor

Undecimo. M[inu]ta hec atq[ue] s[ecund]a correspondencia m[inu]tis
distancie adde m[inu]tis et s[ecun]dis correspondentibus
hore vel horis distācie, et totū quod ex tali addici-
one provenit representat completū motū solis corre-
spondentē hore vel horis atq[ue] m[inu]tis distancie

Annexio Si in tali agregato ex addicione fuerit
iuxta m[inu]ta s[ecund]a, videto si illa plura q[uam] 30 fuerit
vel pauciora aut p[re]cisse 30 Si pauciora vel si
precise fuerit abijciantor. Si vero plura pro
illis unū m[inu]t[u]m ad m[inu]ta. Et sic habebis motū so-
lis correspondentē toti distācie meridiani

Duodecimo, Huiusmodi motū toti distācie meri-
diani correspondentē in m[inu]tis notatū adde vel sub
trahe a motu solis in meridie in almanach
posito Iuxta titulū dicis seu distācie meridi-
ani supra notatū et habebis tandem motū solis in
meridie p[re]cisse equatū pro meridiano loci nati-
vitatis et hoc mō equare poteris motū solis
in almanach notatū pro quocunq[ue] meridiano

Redeuntes unde digressi sumus pro erectione fig[ur]e
celi habito motu solis in meridie iam equato ad tuum
meridianum

Quarto. Principaliter vade cū tali motu solis in g[ra]di-
bus et m[inu]tis notato. vade ad tabulas 12 domorum
celi aut almanach inscriptas ad latitudinem tue
civitatis fabricatas a[ut] pro elevacione poli loci in q[uo]
est nativitas vel propinquioris tue equal civi-
tati deservientis querendo signū solis in fronte
tabule gradus vero solis in columna que est sub
titulo decime do[mus] et ex opposito versus sinistram
invenies tempus a meridie. et versus dextram
p[ar]tem invenies gradus pro quinq[ue] domibus cum
signis supra gradus illos .s. undecimā, duode-
cimā. primā, s[ecun]dam, et terciā. Decima enim que
Regia quoq[ue] do[mus] d[icitu]r est que primo in colūna
in qua gradū solis adinvenisti. et sic habes sex
domos. sex aut alias .s. q[ua]rtā q[ui]ntā s[e]xtā septimā
octavam et nona per oppositum illarum facillime co-
stitues et sic duodecim celi domos statim habebis:
si motus solis cū quo ingressus es solū in gradibus
esset et m[inu]ta nō superessent ultra gradus.

Quinto Principaliter si ultra gradus solis fuerit
m[inu]ta ut sepius accidit: est enim fere semp[er] solis
motus notatus in gradibus atq[ue] m[inu]tis cū quibus
intrare nō potuisti. Sunt nāq[ue] table ille fabre-
facte ad integros gradus absq[ue] m[inu]tis duorum tun[c]
altero opus est aut tab[u]las 12 domorum ad

ad elevacionem tui poli precise factas cum gradibus et
minutis habere parata aut operari ut sequitur videlicet
Intra cum dupliti introitu ad gradum mediatum se-
quentem descendendo in eadem columna sub titulo decl.
Et a parte dextra accipe tempus a meridie in horis
et minutis et illud nota sub priori tempore a meri-
die prius notato. A parte vero sinistra accipe
inicia quinque domorum scilicet undecime, duodecime, prime, secunde
et tercie, necnon spacia decime. Et illas subscribe sub
prioribus domibus prenotatis. quamlibet sub sua
Sexto. Principaliter confer omnia adinvicem, scilicet
scilicet tempus a meridie mediatum sequens cum prece-
denti quod illorum maior minorve fuerit et facta
subtraccione minoris a maiori elice in residuo differenciam
quam nota in parte tabule. Similiter confer princi-
pia seu gradus domorum sequencium cum precedentibus
et facta subtraccione semper minoris a maiori elice
in singulis earum differenciam. quas eciam nota subscri-
bendo omnes has differencias tam temporis quam do-
morum directe sub suis generibus
Septimo cum minutis illis adherentibus gradibus illis
cum quibus intrare non potuisti vade ad tabellam
proporcionum ad 60 minuta pro celi domicilijs fabri-
candis, querendo ea in prima linea sinistre partis
sub titulo minuta solis differenciam vero temporum a meri-
die in minutis notatam: querendo in fronte tabule
Et in communi angulo invenies partem proporcio-
nalem correspondentem minutis illis solis cum quibus
intrare non potuisti. quam partem proporcionalem
reserva in parte tabule **Annexio**
Si nolueris hoc modo scilicet cum tabula proporcionum ad 60
minuta operari: poteris iuxta astronomicam racionem etiam

partem proporcionalem tribus terminis propositis
ponendo 60 pro primo termino differenciam temporum pro
tercio termino minuta vero solis cum quibus intrare
non potuisti pro secundo, Et numerum ex multiplica-
cione proveniente divide per primum terminum scilicet per 60
et resultabit eque bene ut prius: pars propor-
cionalis temporis correspondens predictis minutis solis
Octavo, partes proporcionales domibus singulis
addendas: cum huiusmodi parte proporcionali
temporis iam inventa et in minutis notata vade
ad tabellam 4 minutorum temporis inscripta que-
rendo illa in prima linea sinistre partis sub
titulo temporis: differenciam vero domus cuius queris
partem proporcionalem que est notata in gradibus
in fronte table. Et in angulo communi reperies
partem proporcionalem in gradibus et minutis vel in
minutis solum notatam: que est addenda gradibus
illius domus cuius accepisti differenciam. Et hoc pacto
domos omnes reliquas equabis scilicet cum parte propor-
cionali temporis inventa intrando in tabella 4.
minutorum temporis illa querendo in prima linea sinistre
partis et differenciam domus in fronte table semper
enim in angulo communi invenies partem proporciona-
lem illi domui addendam cuius queris partem.
Habitis autem sex domibus per oppositum dictis ci-
cius reliquae sex habebuntur. que illis opponuntur.
Et hoc modo domicilia celi ad meridiem instituens
erando hora nativitatis precisse est in
meridie

Si natiuitas sit ante meridiem uel post meridiem quomodo procedendum in erectione figure coeli

Si vero natiuitatis hora sit ante meridiem aut post meridiem ut sepius contingit tunc postquam posueris Mensem Diem, Et horam vel horas ac minuta horarum notaveris. horas dico vulgares horologii incipientis ab ocasu: secus enim esset de horologiis incipientibus a meridie vel a media nocte

Secundo autem Si natiuitas est ante meridiem sumito ex almanach motum solis in directo diei precedentis natiuitatem et illum nota in gradibus et minutis. Si vero natiuitas sit post meridiem tamen vel ante ocasum solis vel post ocasum et quomodocunque fuerit sumito motum solis in directo illius diei quo fuit natiuitas, Annexio.

Si natiuitas fuerit post meridiem et in horis post ocasum solis sumito motum solis diei immediate precedentis illas horas ab ocaso. quia non debet accipi motus diei sequentis. Et in hoc esto cautus ne committas errorem.

Tercio. eundem motum solis diei precedentis si natiuitas est ante meridiem vel ciuitatis diei quo fuit natiuitas. Si fuerit illa post meridiem rectificabis et reduces ad tempus meridianum loci in quo fuit natiuitas Juxta canonem traditum superius in Tercio notato principali et sic motum solis rectificatum pro tempore meridiano nota in parte tabule

Quarto. oportet invenire tempus meridiei in ciuitate in qua fuit natiuitas pro die natiuitatis in quo quidem inueniendo sic procedes,

Canon inueniendi tempus Meridiei in quacunque loco pro qualibet die.

Primo. sumito ex almanach eundem motum solis iam rectificatum in signis gradibus et minutis, et cum eo vade ad tabulam quantitatis dierum que est in principio almanach querendo signum solis in latere tabule in duabus externis lineis vel dextris vel sinistris et sub signo gradum solis et in fronte tabule queres elevacionem poli tue habitacionis. Et in angulo communi in area tabule inuenies tempus notatum in horis et minutis aut semidiurnum si signum solis est de borealibus: aut seminocturnum si sit de australibus: Sex enim sunt signa Borealia videlicet ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ Et reliqua videlicet ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ sunt meridionalia.

Secundo. quoniam forte cum omnibus gradibus solis intrare non potuisti. quia tabula illa est facta per gradus discontinuos tres semper interponendo. licet apud Schonerum sit huiusmodi tabula ad singulos gradus composita. Ideo si gradum tuum solis invenire non potuisti. sumes gradum immediate precedentem minorem Et e directo eius sume tempus semidiurnum vel seminocturnum in horis et minutis et illud nota. Deinde secundo introito ad inferiorem gradum immediate sequentem descendendo et in columna

B

sub elevacione poli habitacionis tue vel vicinioris ho-
mere in eo communi angulo temporis in horis et minutis
quodquidem tempus erit semidiurnum. si signum solis
cum quo intrasti erit Boreale. Si vero signum erit
australe erit seminocturnum

Tercio. hec duo tempora tam prioris quam posterioris
introitus sive semidiurna. sive seminocturna fue-
rint in horis et minutis notata. confer ad invicem
quod illorum maius minorve fuerit facta enim
subtractione minoris a maiori proveniet differencia
cum titulo A vel S. i. adde vel subtrahe. Adde
si temporis inventum per secundum introitum fuerit maius.
Subtrahe vero: si minus fuerit. et huiusmodi differenciam
nota pro secundo termino.

Quarto. Subtrahe gradus solis prioris introitus
subtrahe a gradibus solis cum quibus intrare non
potuisti et proveniet differencia notanda pro tercio termino

Quinto. Servando tria pro primo termino quia
illa tabula ut dixi: per tres gradus procedit
tunc multiplica secundum per tercium et numerum multipli-
catum productum divide per primum et in quociente
proveniet pars proporcionalis. i. minuta vel minuta
vel eciam secunda correspondens gradibus cum quibus
intrare non potuisti quam adde vel minue a semi-
diurno tempore. vel seminocturno prioris introi-
tus iuxta titulum differencie semidiurnorum temporum
vel seminocturnorum. et sic habebis tempus se-
midiurnum vel seminocturnum correspondens ad gradus so-
lis quesitos

Annexio. Si per tabulam quantitatis dierum facta
per Schonerum operaberis que ad singulos gradus si-
gnorum est constituta fugies laborem istum secundi tercii
quarti et quinti notati

Sexto. quoniam iuxta gradus solis solent eciam
esse minuta cum quibus non intrasti. Ideo oportet
pro illis. oportet te invenire partem proporcio-
nalem servando tria pro primo termino si opera-
beris per tabulam quantitatis dierum ab antea
manacus positam. vel unum pro primo termino
si operaberis per tabulam Schoneri. Differenciam vero
semidiurnorum pro secundo termino cum titulo A vel
M. A si temporis secundo introitu inventum sit
maius M. vero si minus, minuta vero solis
cum quibus nondum intrare potuisti. pro tercio
termino.

Septimo. multiplica secundum per tercium et si ambo
fuerint minuta proveniet secunda numerum vero multi-
plicatum productum divide per primum. qui prius
terminus significat gradum vel gradus et in
quociente proveniet pars proporcionalis secundorum
quam adde vel minue a semidiurno. vel semi-
nocturno iam prius invento et equato ad gra-
dus quesitos iuxta titulum differencie semidiurnorum
vel seminocturnorum, et habebis semidiurnum
vel seminocturnum iam equatum. ad gradus
et minuta solis pro tuo meridiano specifice in die
quo nativitas fuit.

Octauo. Si tempus quesitum inventum et equatum fuerit semidiurnum, subtrahe a 24 horis et in residuo habebis tempus meridiei quesitum pro die nativitatis et pro meridiano loci in quo est nativitas. Si vero fuerit seminocturnum subtrahe ex duodecim horis et in residuo habebis semidiurnum. Nam seminocturnum cum semidiurno constituunt 12 horas. Tunc habito semidiurno subtrahe illud ut prius a 24 et proveniet in residuo tempus meridiei quesitum.

Revertentes modo unde digressi sumus Habito iam et invento tempore meridiei in die et loco nativitatis. Tunc quinto principaliter subscribe tempus hoc meridiei sub tempore horologii meridiei opposito ordinet horas sub horis et minuta sub minutis: et subtrahe semper quesitum tempus meridiei a tempore horologii. Quodcumque fuerit tempus illud horologii sive fuerint hore ante meridiem sive post meridiem sive ante ocasum solis sive post ocasum scilicet hore noctis semper cum facta huiusmodi subtractione in residuo remanent hore post meridiem que sunt hore astronomice ad quas erigenda est figura celi

Cautella Si tempus meridiei est maius quam tempus horologii vel hore significantes tempus meridiei fuerint plures quam hore vulgares horologii (intelligo autem semper de horologio incipiente ab ocasu solis)

Et hoc eveniet quando hore date nativitatis fuerint de die ante meridiem vel quando post ocasum solis scilicet hore noctis: tunc non potest fieri subtractio. Ideo tunc semper ad tempus sive horas horologii diem unum integrum scilicet 24 horas. Deinde fiat subtractio et sic proveniet hore post meridiem: que quidem hore erant post meridiem diei precedentis nativitatem. Et hoc quia accomodasti diem unum ad tempus horologii. Si vero tempus meridiei est minus tempore horologii sicut evenit quando hore date horologii sunt de die post meridiem tunc non opus est quicquam addi sed facta subtractione proveniunt hore post meridiem que erunt post meridiem diei in quo est nativitas. Et sic quando sive hore horologii sint ante meridiem sive post sive de die ante ocasum solis. Sive de nocte post ocasum: semper subtrahendo tempus meridiei a tempore horologii: si fieri potest subtractio: Et si non potest accomodando tempore horologii diem unum scilicet 24 horas semper proveniunt hore post meridiem: cum hac sola diversitate videlicet quod si hore horologii vulgares sunt ante meridiem in subtractione temporis meridiei ab horis horologii proveniunt hore que sunt post meridiem

diei immediate precedentis nativitatem, Si vero hore
horologij sint post meridiem et de die in subtra-
ctione provenient hore que sint post meridiem
diei precisse in quo est nativitas. Sin aut ho-
re horologij sint post occasum solis s. de nocte
in subtractione provenient hore que sint post
meridiem diei immediate precedentis noctem
seu horas noctis in qua est nativitas.

Et propterea supra in sexto notato principali
dixi quod si hore horologij sint ante meridiem
est comedo et equandus motus solis diei prece-
dentis nativitatem et cum illo operaberis et tene-
as hanc viam: in erectione figure celi quia
est ceteris facilior

Sexto. Habitis horis post meridiem que sint hore
astronomice ad quas erigenda est figura celi
oportet te rectificare et equare motum solis ad
tales horas. hoc est invenire motum solis co-
respondentem horis illis post meridiem et illum
addere motui solis in meridie iam equato pro
tuo meridiano quod in primis fecerit longe
in consultacione figure celi abreviabis

Modi inveniendi ac equandi motum solis ad qua-libet diei horam ac momenta hore.

Rectificandi aut et equandi motum solis ad qualibet
horam diei triplex modus invenio: Unus quidem modus
est facilis sed non ita verax ac precise certus
presupponendo quod motus solis in una hora sint duo
minuta ita quod sol in una hora perambulet duo minuta
gradus et sic in media hora unum minutum gradus.
et in quarta parte hore 30 2a et sic successive.
Et per hanc regulam quot erunt hore post me-
ridiem tociens duo gradus addendi sunt ad mo-
tum solis et quot minuta hore tociens duo 2a
gradus apponenda, et habebis motum solis equatum
ad horas post meridiem. Sed hic modus non
est precisus. Ideo secundus modus et certior,
atque precisus est operari ad regulam proporcionum
vulgatissimam videlicet accipito primo motum
solis diei in quo est nativitas. Jam rectificatum
pro tuo meridiano per tercium notatum in quo
docebis rectificare motum solis. Et reduce ad
quelibet meridiano et illum nota.

Secundo Accipe motum solis ex almanach
diei sequentis nativitatem: et illum similiter
equato et reducito ad tuum meridianum
iuxta canonem ibidem s. in tercio notato prin-
cipali supra tradito.

Cautella. Si nativitas sit in horis ante
meridiem oportet te equare motum solis diei
immediate precedentis nativitatem ad tuum meri-
dianum ut supra vestigio: et eciam motum eius

solis in die qua est natiuitas.

Tercio. Postquam hos duos motus solis equaueris confer ad inuicem subtrahendo minorem motum a maiori scilicet precedentis a sequenti quia semper precedens minor in solis motu. facta enim subtraccione proueniet motus solis diurnus qui nota.

Quarto. Sume 24 horas pro primo termino: Motum vero diurnum solis preinuentum pro secundo. horas vero et minuta horarum ad quas queris motum solis pro tercio termino. Et multiplica secundum per tercium et numerum multiplicationis productum diuide per primum nam in quociente proueniet pars proporcionalis vel in gradibus et minutis: vel in minutis solum

Quinto. Eam partem proporcionalem adde motui solis diei in qua est natiuitas iam rectificato. Si illas post meridiem vel motui solis diei precedentis natiuitatem eo hoc eciam rectificato, si natiuitas est in horis ante meridiem, Si vero esset in horis post ocasum: adde motui solis meridiei precedentis noctem, et sic habebis motum solis quesitum rectificatissimum et equatissimum non solum ad tuum meridianum sed eciam ad horas et partes horarum post meridiem

Aduertendum. quod posset aliquis in hac regula proporcionis aliter procedere. videlicet.

Primo. Inuenire motum solis diurnum vt docui per subtraccionem motus diei sequentis a motu diei precedentis

Secundo. Inuenire motum solis horarium per racionem proporcionis astronomice. Sumendo 24 pro primo termino. Et motum diurnum solis pro secundo. Et hora vna pro tercio et multiplicare secundum per tercium. Deinde quod multiplicatio processit diuidere per primum. et proueniet motus solis in hora

Tercio. Eundem motum solis in hora multiplicare per horas illas post meridiem ac minuta si adfuerint, Et habebis motum solis in horis illis post meridiem

Quarto. Addere motum eundem ad motum solis in meridie pro tuo meridiano equatum. Et sic habebis vt prius motum solis ad tempus quesitum. Et hic modus traditur in prohemio almanach, sed precedens est brevior et pulchior.

Tercius vero modus est. Primo Elice motum diurnum solis per subtraccionem motus solis diei precedentis a motu solis die sequentis. facta prius equacione motuum solis ad meridianos vt supra dictum est.

Secundo. Cum tali motu solis diurno que est distancia seu differencia duorum motuum ingredere tabulam motus solis in hora querendo motum solis diurnum seu distanciam quod idem est in fronte table horas vero post meridiem in prima linea sinister partis et in angulo communi inuenies partem proporcionalem in minutis et secundis correspondentem illis horis post meridiem

Tercio. Si circa horas post meridiem adfuerint minuta

fac scdm introitum ad horam sequentem descendendo in prima linea sinistra ptis tabule Et ex opposito illius sub mtis distancie que representat motum solis diurnum in angulo comi. Sume aliud ptem pporcionalem qua confer primo que illarum maior vel minor fuerit facta cum subtractione minoris a maiori proveniet dria quam nota in pte tabule

Quarto. Sume hora vera pro primo tmino drias pdictam partem proporcionalem pro scdo mta vero temporis prius cum quibus intrare no potuisti pro tercio. Et multiplica scdm p tercium et numerum multiplicatum productum divide per primum et in quociente proveniet pars proporcionalis quam adde parti proporcionali notate in mtis et scdis prioris introitus Et sic habebis motum solis correspondentem horis illis et mtis post meridiem

Quinto Eandem partem proporcionalem adde motui solis in meridie quem prius equasti ad tuum meridianum Et sic habebis motum solis ad horas post meridiem sicut desiderabas rectificatum in signis gradibus et mtis

Revertamur nunc ad principale propositum et habito motu solis iam rectificato ad horas post meridiem

Septimo. Principale vade cum tali motu ad tabulas 12 domorum factas ad elevacionem poli loci in quo est nativitas vel inicioris querendo signum solis in fronte tabule gradus vero solis in colomna sub titulo decime domus. Et e directo gradus solis versus sinistram

tempus a meridie in horis et mtis

Octavo. Si circa gradus solis mta adfuerint fac scdm introitum ad gradum immediate sequentem descendendo in eadem colomna decie: Et e regione illius gradus ad sinistram sume aliud tempus a meridie in horis et mtis, quod scribe sub priori.

Nono. Confer hec tempora a meridie adinvicem prioris et posterioris introitus, Et facta subtractione minoris a maiori proveniet dria temporis in mtis quam scribe sub temporibus

Decimo. Cum tali dria temporum vade ad tabellam proporcionum ad 60 mta: querendo illam in fronte tabelle, mta vero solis cum quibus intrare no potuisti in tablis 12 domorum in prima coluna sinistra ptis. et in comi angulo invenies ptem proporcionalem in mtis et scdis correspondentem predictis mtis solis: quam adde tempori a meridie in horis et mtis sub titulo tempus a meridie reperto prioris introitus et habebis tempus a meridie rectificatum.

Undecimo, Huic tempori a meridie iam rectificato adde tempus tuum post meridiem et si hoc agregatum per addicionem excesserit 24 horas: subtrahe et reijce 24 horas et reliquum serva

Duodecimo. Huic agregato adde eciam pro quibus libet sex horis post meridiem mtum 1: quia una revolucio primi mobilis perficitur in 24 horis et 4 minutis et sic pro 3 horis mtm medium

s. 30 secunda et sic proporcionabiliter

Decimotercio. Cum toto isto tempore iam agregato per addicionem ex tempore a meridie, et tempore post meridiem ingrederis iterum tablas 12 domorum celi deservientes latitudini loci de qua in quo est nativitas: Et ab inicio tabularum discurrendo, in columna sub titulo temporis a meridie: reperies dictum tempus quesitum, et e directo illius invenies sex domiciliorum celi inicia. Scilicet decime, undecime, duodecime, prime, secunde et tercie, Reliquas autem sex per conformes gradus oppositorum signorum constitues

Decimoquarto. Si tempus predictum agregatum quod est tempus finale querendum precise non invenies propter minuta forte, que semper sunt, quia tabule ille duodecim domorum non sunt facte ad singula minuta: Tunc sume tempus immediate minus quam tempus finale querendum. Et illud nota. Et ex opposito eius in eadem linea transversali nota inicia sex domorum

Decimo quinto. propter minuta que semper sunt intrabis secundo introitu ad tempus in horis et minutis immediate sequens descendendo quod est maius tempore tuo quesito. Et illud similiter nota iuxta tempus prioris introitus, et in eadem linea transversali inicia alia earundem sex domorum celi et omnia ordinate sub suis generibus scilicet horas et minuta secundi introitus supra horas et minuta prioris introitus: Et gradus cuiusque domus secundi introitus super gradus

domorum primi introitus

Decimo Sexto. Confer omnia hec ad invicem; et facta in omnibus subtractione minoris numeri a maiori elice tam minuta tempora quam minuta inicia domorum differencias et illas subscribe in suo genere videlicet differenciam temporum sub temporibus et differencias singularum domorum sub propria domo

Decimo septimo. tempus tuum finale querendum confer cum tempore prioris introitus quod est minus illo, et facta subtractione minoris a maiori elice differenciam in minutis quam nota.

Decimooctavo. Sume differenciam temporum prioris et posterioris introitus pro primo termino: differenciam domus quamvis rectificare pro secundo: differenciam in minutis inter tempus tuum finale quesitum: Et tempus minus eo scilicet primi introitus pro tercio termino, Et multiplica secundum per tercium et multiplicatum divide per primum, et in quociente proveniet pars proporcionalis addenda ad inicio suo gradibus primi introitus illius domus quam vis rectificare. Et sic habebis illam rectificatam. Et sic facies in singulis domibus quod si differencie domorum sunt uniformes facta una vice pro una domo racione proporcionis habebis pro reliquis, et sic omnes sex domos equatas habebis: et per earum oppositas sex alias.

Modus alter equandi domos propter minuta que super sunt est iste videlicet.

Primo. Cum differentia temporum primi et secundi introitus
vade ad tabellam proporcionum ad 60 minuta querendo illam
in fronte tabule. Differentiam vero minutorum quae resultavit
ex subtractione temporis prioris introitus a tempore tuo que-
sito. in prima columna sinistra partis. Et in angulo
communi reperies partem proporcionalem temporis in minutis
et secundis correspondentem minutis illis que superarant in
tempore tuo finaliter querendo cum quibus intrare non po-
tuisti, Et huius modi partem proporcionalem reser-
va. Nam cum ista rectificabis binas domos,
eundo scilicet cum ipsa ad tabellam quorum minutorum temporis
querendo illam in prima columna lateris sinistri
differentiam vero domus quam queris rectificare in gra-
dibus notatam, in fronte eiusdem tabelle et in angulo
communi invenies partem proporcionalem correspondentem
illis minutis cum quibus intrare non potuisti illi domui
addendam a gradibus illius domus prioris introitus
et sic habebis domum illam rectificatam ad tempus
precisse finaliter quesitum, Et hoc modo procedes recti-
ficando qualibet sex domorum; quibus ita rectifi-
catis statim per consimiles gradus oppositorum
signorum sex alias conformabis et sic figuram
celi secundum estimacionem hanc estimatam ascendentis exa-
ctissime habebis. neque, quisque mirretur si in huius modi
capitulo longus fuerim: et verbosus quasi puerili
edocendo ea referri proposuerim, Nam principia in arte
debent esse facilia, et a facilioribus est
inchoandum:

ne preterirentur volentes discere, licet equidem propter
tres impositos canones longior sim quam existima-
ram. videlicet propter canonem rectificandi motum so-
lis pro quocumque meridiano. Et canonem adinveniendi
temporis meridiei in quocumque loco pro qualibet die
volueris. Et tercium scilicet equandi et inveniendi ex al-
manach verum locum solis ad qualibet diei horam ac
partes hore, Et hec de communi methodo constituendi
figuram celi estimatam sufficiant. Sed ut facilius
operari possis habeas tabulas 12 domorum fabri-
catas ad elevacionem tue habitacionis ad singulos
gradus signorum et singula vero minuta graduum

Secundus modus et exactior erigendi figuram
celi Scilicet per directiones Jo. de Mon: Regio
In problemate 14°

Secundus modus erigendi figuram celi est per directiones
Jo: de monte Regio: In quo sic procedendum.
Primo nota Annum. Mensem, diem. et horas ac partes ho-
rarum ad quas secundum estimacionem fit nativitas: ho-
ras in quam vulgares et horologii ab ocasu incipientis
Secundo vide si in quibus horis est nativitas aut
est in horis post meridiem aut ante meridiem aut
precisse in meridie; Si nativitas fuerit post meri-
diem. sume ex almanach locum solis in signis gra-
dibus et minutis pro die proposita nativitatis. Si vero
sit ante meridiem tunc sume motum solis ex alma-
nach diei precedentis diem nativitatis
Tercio. queras ascensionem rectam solis pro tali die

qua sit inveniens. Accipe ex almanach signum et gradum solis: ut dixi: prius quidem equati ad meridianum loci in quo figuram erigere queris. Modus autem equandi superius est enarratus in primo modo. Et cum eo ingrede tablas ascensionum rectarum signum querendo in parte superiori in prima linea transversali. gradus vero in prima columna sinistre partis: Et in communi congerie ascensionem rectam solis in gradibus et minutis notatam: Annexio

Si gradibus signi minuta quoque acciderent fac secundum introitum quo ad gradum sequentem descendendo Et e regione illius sub signo quo prius [illegible] ascensionem rectam assume quam confer prime. videndo que illarum maior minorve fuerit. Earum subtrahendo minorem a maiori proveniet differentia notanda titulo A vel M. A · i · adde si sequens ascensio ascensio maior fuerit. M vero · i · Minue si minor fuerit

Quarto. Earum differentiam per tablam partis proporcionalis vulgatam vocatam sive multiplica per minuta gradibus solis adherentia Et invenies in communi angulo partem proporcionalem addendam ascensioni recte prioris introitus. si differentia habuit titulum A vel subtrahendam ab ea si differentia habuerit titulum M. Et sic proveniet ascensio recta solis correspondens vero loco solis in meridie.

Quinto. Horas post meridiem multiplica per 15 Et in produciente proveniet distantia. Videlicet meo in gradibus a Meridie ad tempus horarum propositum.

Sexto. Si circa horas modo horas propositas aliqua minuta adfuerint ea minuta per 4 divido simplici divisione et in produciente provenient gradus qui debent addi ad distanciam prius notatam

Septimo Si in divisione facta aliquid remanserit in minutis illa per 15 multiplicentur et provenient minuta apponenda circa gradus distantie.

Octavo Distantiam huiusmodi adde ad ascensionem rectam solis et proveniet ascensio recta decime domus.

nono. Scribe in parte tabule et signa domus decima undecima. duodecima. prima secunda et tercia. Et pro ex opposito decime domus pone eius ascensionem rectam.

Decimo. ad ascensionem rectam decime domus adde 30 gradus et proveniet ascensio obliqua undecime domus: ex opposito eius domus scribenda atque notanda.

Undecimo. eidem ascensioni oblique undecime domus addantur 30 gradus et proveniet ascensio obliqua duodecime domus ex eius opposito scribenda.

Duodecimo. ascensioni oblique duodecime domus adde 30 gradus et proveniet ascensio obliqua prime domus · i · ascendentis que ex eius opposito notanda erit

Decimotercio. Ascensioni oblique prime domus addantur ut supra 30 gradus et proveniet ascensio obliqua secunde domus e regione eius apponenda

Decimoquarto. ascensioni oblique secunde domus adde 30 gradus et proveniet ascensio obliqua tercie domus. Ex eius opposito apponenda.

Annexio gracies cum in aliqua ascensione obliqua vel eciam in distancia a meridie supra fuerit plusquam 360
360 gradus, tunc illa reycienda sunt residui vero pro ascensione obliqua seu distancia a meridie servandi sunt
Annexio secunda Si in ascensionibus domorum notandis ex opposito domorum ultra minuta adfuerit secunda vide si illa secunda sint minus quam 30 aut plus quam 80 aut precise 30. Si fuerint minus quam 30 abycienda sunt si vero plusquam 30 fuerit addatur ad minuta sic unum ne illa secunda dent in operando laborem.

Decimoquinto. Intra post hec omnia facta in tabularum racionalem querendo latitudinem poli tunc regionis ex opposito cuius accipe polos. undecime et tercie. duodecime et secunde domus

Annexio. propter evitandos labores si circa polos inventos pro dictis domibus adfuerit minuta plusquam 30 pro eis ponatur gradus unus ad gradus poli. Sicut paruciores tunc poteris operari et infra dictos sub dupplici polo intrando. Puta si fuerint plusquam 30 sicut si essent 40 vel 50 minuta quia si 35: tunc sub dupplici polo melius est intrare.

Decimo Sexto. cum ascensione recta decime domus fac ingressum in tabularum ascensionum rectarum et hoc accurate in corpore querendo eandem ascensionem rectam et in eadem linea in parte superiori sume signum: gradum vero in prima linea sinistre partis ac ex opposito decime domus huiusmodi signum et gradus statuito.

Decimo Septimo. Si ascensionem rectam precise invenire non potuisti minorem assume propinquiorem. et illius in parte superiori tabule accipe signum gradum vero ex opposito ascensionis recte in prima linea sinistre partis assume ac circa domum decimam pone.

Decimooctavo, quoniam ascensionem rectam precise invenire non potuisti fac sedem introitum quo ad gradum sequentem descendendo: et illius assumenda est ascensio recta et ad ascensionem rectam primi introitus conferenda que illarum maior minorve fuerit, subtrahendo enim minorem a maiori provenit differencia pro primo termino statuenda Annexio
Si talis differencia fuerit diversarum denominacionum utputa graduum et minutorum: tunc pro quolibet gradu apponantur 60 ad minuta adiacencia gradibus et provenient una denominacio .i. minutorum

Decimo nono. ascensionem rectam accurate inventam primi introitus subtrahe ab ascensione recta decime domus et provenit differencia pro secundo termino locanda. Annexio. Si talis differencia fuerit diversarum denominacionum multiplicando reducantur et sic incorpori ad unam denominacionem

Vigessimo. pro tercio termino ponendum est 60. Et secundum terminum per tercium multiplicare necesse erit, et numerum multiplicationis productum divide per primo et in numero quociente provenit minuta addenda

gradibus signi sumptis ex tabula ascensionum rectarum et
sic proveniet signum gradus et minuta in figura celi pro
decima domo ponenda. **Annexio** Si in divisione
pro parte proporcionali remanent minuta que non possunt
dividi, quia sunt pauciora primo termino dividente:
tunc debent multiplicando per .60. reduci ad secunda Et
tunc illa secunda dividi cum hoc ad primum terminum et pro-
veniet secunda apponenda minutis.

Vigessimo primo. Cum polo undecime domus ex tabula
racionali assumpto, intra in tabulam ascensionum obliqua-
rum illum in parte superiori querendo Et ascensionem
obliquam ex opposito undecime domus notatam sub polo
eiusdem undecime domus arcuatam quere ubi potes in propria
forma in fronte tabule accipe signum, in prima vel-
ro columna sinistre partis e regione eius ascensionis
obliquae sume gradus.

Vigesimo secundo. Si precisse ascensionem obliquam quam
querebas non invenisti: assume minorem propinquio-
rem et illam nota. Deinde fac secundarium interitum
quo ad gradum sequentem descendendo et illis ex
opposito eiusdem gradus accipienda est ascensio obliqua
quam confer prime, quo illarum maior minorem fu-
erit facta cum subtractione minoris a maiori pro-
veniet differentia pro primo termino ponenda.

Vigessimo tercio. Ascensione obliqua primo arcuate
inventa sub polo. Subtrahe ab ascensione obliqua posita

Ex opposito undecime domus. et proveniet differentia pro secundo
termino locanda.

Vigesimo quarto. Pro tercio termino 60 sume et secundum
per tercium multiplica, numerum multiplicationis producto
per primum divide nam in quociente proveniet pars
proporcionalis minutorum apponenda gradibus signi
pro undecima domo: tale itaque signum gradus et
minuta in figura celi pro undecima domo statuito.

Annexio. Si circa polum minuta adfuerint oportebit
te post sequenti polo eciam intrare ut infra dicetur

Vigesimo quinto. Sub eodem polo undecime domus quere
ascensionem obliquam et opposito tercie domus positam
arcuate in propria forma si potes, quod si non
potes accipe minorem proximiorem et illam nota et
in parte superiori tabule in eadem linea accipe sig-
num Ex oposito vero prime ascensionis oblique in
linea transversali in prima colunna sinistre partis
sume gradus, et tam signum quam gradus nota.

Vigessimo sexto. quoniam ascensionem obliquam precise
arcuate non invenisti fac secundum interitum quo ad
gradum sequentem descendendo Et illis ex eius oppo-
sito assume aliam ascensionem obliquam quam priori con-
fer que illarum maior minorem fuerit facta cum
subtractione minoris a maiori. emerget differentia
pro primo termino statuenda

Vigessimo septimo ascensionis obliquae primi interitus

subtrahe ab ascensione obliqua tercie domus quam hic se invenire non potuisti et proveniet differentia pro secundo termino ponenda.

Vigessimo octavo pro tercio termino 60 ponere licebit et secundum per tercium multiplicando sexta regula proporcionis numerum multiplicativum productum per primum divide, et in numero quociente provenient minuta ad signum et gradum olim pro tercia domo reperta addenda. Tale itaque signum gradus et minuta pro tercia domo in figura celi ponentur

Vigesimo nono. Cum polo duodecime domus ex tabula racionali assumpto intra tabulas ascensionum obliquarum illud in parte superiori tabule querendo et ubi sub eodem polo ascensionem obliquam duodecime domus areate queras in propria forma si potes. quod si non potes sume minorem proximiorem et in eadem columna in parte superiori supra huiusmodi ascensionem obliquam sume signum. gradus vero ex opposito in linea transversali in prima columna sinistre partis; quod signum atque gradus pertinet 12 domui collocabis

Trigesimo. quoniam ascensionem obliquam 12 domus in propria forma invenire non potuisti secundum introitum facere oportet. quo ad gradum sequentem descendendo. e regione eius assumenda est altera ascensio obliqua et priori conferenda que illarum maior minorve fuerit. facta cum subtractione minoris a maiori proveniet differentia pro primo termino habenda

Trigesimo primo. ascensionem obliquam primi introitus subtrahe ab ascensione obliqua 12 domus quam in propria forma invenire nequivisti et proveniet differentia pro secundo termino ponenda

Trigesimo secundo. pro tercio termino non erit inutile ponere 60. et secundum per tercium multiplicare numerum vero multiplicativum productum per primum dividere et in numero quociente proveniunt minuta apponenda ad gradus signi accepti sub polo 12 domus, signum itaque et gradum huiusmodi pro duodecima domo in celi figura locabis

Trigesimo tercio. Sub eodem polo 12 domus queratur ascensio obliqua posita ex opposito secunde domus et hoc areatim in propria forma. si potes. quod si non potes sume proximiorem minorem et in superiori parte tabule in eadem columna sume signum: ex opposito vero per lineam transversalem in colomna prima sinistre partis assume gradus: et illud ac illos nota

Trigesimo quarto. quoniam in propria forma ascensionem obliquam secunde domus invenire non potuisti, secundum introitum facito ad sequentem gradum descendendo, e regione eius alteram ascensionem obliquam assume. et cum prima conferendo videbis que illarum maior aut minor fuerit. subtrahendo cum mino

rem

à maiori proveniet differentia pro primo termino locanda

Trigesimo quinto. ascensionem obliquam primi introitus subtrahe ab ascensione obliqua posita ex oposito sexte domus et nascetur differentia pro secundo termino.

Trigesimo sexto colloca pro tertio termino 60 et secundum sibi per tertium multiplicato, Et numerum multiplicatione productum divide per primum. Nam numerus quotiens minuta commonstrabit ad signum et gradus ceptos apponenda. Et huiusmodi signum gradus atque minuta pro secunda domo in celi themate configurato

Trigesimo septimo. Pro prima domo fabricanda elevacionem poli tue regionis in tabula ascensionum obliquarum inquiras, et sub eadem ascensionem obliquam prime domus queres in corpore tabule in propria forma si poteris, quod si non poteris assume minorem propinquiorem et in superiori parte tabule in eadem linea accipe signum. gradus vero per lineam transversalem in prima columna sinistre partis, Et huiusmodi signum atque gradus ex opposito prime domus notato,

Trigesimo octavo. Si precise ascensionem obliquam quam querebas invenies nequivisti fac secundarium introitum quo ad gradum sequentem descendendo ac ibidem ascensionem alteram obliquam assumes quam cum prima comparabis que fuerit illarum maior quam minor. Subtracta enim minore à maiore differentia que pro primo termino disponetur resultabit,

Trigesimo nono. Ascensione obliqua primo introitu inventa subtrahe ab ascensione obliqua prime domus quam in propria forma invenire nequivisti, et orietur differentia pro secundo termino.

Quadragesimo numerus 60 ut sepe dictum est sit tercius terminus. tunc secundum per tercium multiplicetur. et numerus ex huiusmodi multiplicacione productus parciatur per primum Nam in numero quocientie occurrent minuta apponenda signo et gradibus ex opposito prime domus notatis. Et sic tale signum gradus et minuta pro prima domo in figura conscribenda sunt.

Annexio. Cum iam predictarum sex domorum initia in signis gradibus et minutis habueris, reliquas per diametralia signa in consimilibus gradibus et minutis disponeres sic enim perfectam figuram duodecim domorum celi quolibet anni tempore de hora et partibus hore facile constituis,

Quadragesimo primo. Si forte circa polum undecime domus atque tercie, duodecime et secunde. Denique circa polum regionis tue qui quecitur pro prima domo ultra gradus minuta accesserit tunc sub duplici polo cuiuslibet domus minori atque maiori intrare oportet, et ex ascensionibus obliquis sub duplici polo inventis arcus sunt extrahendi in signa et gradus zodiaci tandem pro domo erigendi hoc videlicet modo.

Postq omnia que superius scripta sunt confeceris usque ad vigesimum notatum et arcum correspondentem ascensioni recte decime domus adinveneris et pro decima domo in figura celi collocaveris. Deinde eius invenire ex ascensione obliqua undecime arcum illi correspondentem et invenies per 21 notatum cum polo undecime in tabulam ascensionum obliquarum querendo illum in fronte tabule. Et sic per 22. 23. et 24 notatum arcum perfectorum correspondentem 11 domui adinvenisti. tunc secundum ista assistencia gradibus poli cum quibus nondum intrasti oportet te intrare sub segwenti polo: qui erit immediate maior polo undecime et tercie invento in tabula racionali et sub eo quere in propria forma arcum in tabula ascensionum obliquarum ex opposito undecime domus notatum Et ibi in eadem linea in parte superiori sume signum: gradus et minuta in prima linea similiter positis.

Quadragessimo secundo. Huiusmodi signum et gradus sub signo et gradibus pro undecima domo olim inventis subpone.

Quadragesimo tercio. Si predictum ascensionis obliqua ex opposito undecime domus notatam precise invenire non potuisti duplicem introitum tibi facere oportebit ut in superioribus eciam dictum est quo ad gradum sequentem descendendo. Et ex opposito illius sume ascensionis aliam obliquam et illam parte confirmandam

Et facta subtractione minoris a maiori proveniet differencia pro primo termino disponenda. Deinde ascensionem obliquam primi introitus subtrahe ab ascensione obliqua undecime domus, quam precise invenire non potuisti. et proveniet differencia pro secundo termino. Sume quoque pro tercio 60. et multiplicato secundum per tercium ac per primum dividendo quod ex multiplicacione resultat. in quociente resultabit pars proporcionalis in minutis apponenda signo et gradibus ex ascensione obliqua primi introitus adinventis.

Quadragesimo quarto Huiusmodi arcum i. signum et gradus cum minutis si adfuerint sub isto secundo polo maiori inventos. confer ad arcum i. ad signum gradus atque minuta sub polo precedenti minori reperta: prospiciendo diligenter quis illorum maior minorve fuerit et subtrahendo minorem a maiori proveniet differencia polorum scilicet inter maiorem et minorem polum reperto.

Quadragessimo quinto. per tabulam proporcionum ad 60 minuta eam differenciam multiplica per minuta assistencia polo undecime atque tercie domus cum quibus intrare non potuisti sub priori polo et invenies partem proporcionalem addendam signis gradibus et minutis sub priori polo inventis. Et hoc si arcus sub polo sequenti repertus fuerit maior: vel eam partem proporcionalis a gradibus et minutis

sub priori polo repertis abijciatur. Si arcus poli sequentis fuerit minor hoc est si minus repertum fuerit in gradibus et minutis. Et tali negocio pacto venient tandem signum gradus et minuta pro undecima domo ponenda. Et quicquid hactenus de polo undecime domus precepi in aliis polis aliarum domorum id observare oportebit. Tali enim negocio pacto arcus omnium domorum .i. signa et gradus cum minutis precisse provenient

Annexio Cum iam signa et gradus sex domorum habueris ceteras domos per diametrum statue sic enim perfectam ac precissam .12. domiciliorum celi quocunque tempore volueris habebis

Si nativitas fuerit precise in meridie

quod rarius continge solet

Primo habeas ascensionem rectam solis pro meridie quam invenies eomodo quo superius in principio dixi

Secundo In parte table scribe domum undecimam duodecimam. primam, secundam, et tertiam. ut ibidem mo: nui. Et sic omnia peragas ordinati cum commodo usque ad finem: non opus est bis sad repetere, et sic habebis celi figuram pro meridie. secundum directionum tabulas Joannis De monte regio astro: logi peritissimi

De collocacione planetarum in themate celi estimato Caput secundum

Erecta celi figura ac dispositis duodecim celi domibus cum suis signis gradibus et minutis. Juxta aliquorum

predictorum modorum. locandi sunt post modum in figu: ra planete in locis suis ut dignoscatur que celi lo: ca tenebant planete in hora nativitatis. Nam ex eorum sito atque aspectibus futura nati accidentia precognoscimus que idem planete ex eorum locis atque radiis in natum influunt, in hoc igitur negocio sic procedes.

Primo. quoniam ut dixit Ptolomeus duo luminaria scilicet sol et luna sunt que maximam petrogativam habent in nativitate. Et Hali habenrodan in quadri par: tito tractato tercio capite quarto Sol et luna sunt omnibus gracioribus forcioribus. Et capite decimo Idem Hali dixit ptolomeus tenet per id quod docuit quod sol est ille qui maiorem posse habet in celo et est demonstratum in naturis quod solis opus potencius est quam opa omnium aliarum stellarum Et lux que est in omnibus rebus mundi est per solem quia stellarum omnium lux non est nisi quantum veniunt sibi a sole et in astrologia proba: tum est quod motus omnium stellarum concordes sunt in comparacione secundum motus solis Et postquam ita est convenit ut sol habeat prerogativam et do: minium super omnes alias stellas.

Primo igitur Solem, cum loco suo vero in figura collocabis, et quoniam verum motum solis ad horas quascunque habendum edocuimus in capite primo ideo illuc recurras. et secundum illum canonem

solis motu ad horas nativitatis equato Et sic in celi figuram constituito

Secundo postquam solem cum suo vero motu collocaveris collocabis lunam cum suo vero motu, Et quoniam luna est velocis motus Ideo motus eius ex almanach primo rectificandus est: aliter error non parvus committeretur.

Lune autem motus ad quamcunque horam volueris tribus modis equari potest ut de sole dixi.

Primus quidem modus est facilis licet non ita precisus ponendo pro quibuslibet duabus horis gradum unum sicut pro una gradum medium. s. 30 minuta et pro media minuta 15

Modus rectificandi motum lune ex almanach Ad meridiem vulgarem propter diversitatem dierum equalium et inequalium

Secundus modus est per regulam proporcionis vulgatissimam in quo tres operaciones tibi facere oportet quarum prima est equare motum lune ad meridiem vulgarem seu apparentem in qua sic procedes

Primo. Sume ex almanach motum lune e regione illius diei in quo queris habere motum lune et illum nota in signis gradibus et minutis. Secundo

Secundo Sume signum et gradum solis ex almanach in meridie diei in quo queris motum lune Et si sumpseris locum solis equatum ad tuum meridianum ut in primo capite docui melius feceris atque exactius. Et cum eo signo et gradu solis vade ad tabellam motus lune querendo signum in fronte

tabule gradum vero in prima columna sinistre partis et in communi angulo occurret pars proporcionalis minutorum.

Tercio Huiusmodi partem proporcionalem minue ex motu lune in almanach positi et sic habebis motum lune ad meridiem vulgarem quo sol meridianum possidet ad quem clauduntur dies apparentes aut inequales. Namque in almanach omnes motus calculati sunt ad dies equales ut supputacio postulat astronomica. Propterea qui vult habere motum lune ad vulgarem meridianum oportet sic ut dictum est rectificare. Ceteri autem planete sicut sol et reliqui hac faciendi formula non egent propter motus eorum tarditatem.

Modus rectificandi motum lune ad meridianum cuiuscunque loci

Secunda operacio. Est rectificare motum lune et equare seu reducere ad meridianum tue civitatis.

In qua sic procedes

Primo. Sume ex almanach motum lune e regione illius diei in quo queris habere motum et illum nota in signo gradibus et minutis

Secundo vade ad tabulam regionum querendo nomen habitacionis tue si illic scripta fuerit aut vicinioris et e directo in columna sub minutis lune sume minuta que adde vel minue iuxta notam literarum mediante precedentium s. A vel M a motu lune in almanach posito et sic habebis

Sabtacionis
motum lune ad meridianum cuiuslibet, reductum

Cautella. Si Sabtacionibus tue nomine in tabula predicta non inveneris, caveas ne formas viciniores quo ad elevacionem poli. quia esset error: sed accipias viciniorem secundum situm quia hic attenditur longitudo civitatum non latitudo. Et secundum longitudinem mensurantur motus.

Secunda cautella est que a nonnullis servatur circa almanach stoffleriini dicunt enim quod stoflerinus calculavit lunam ~~se plu~~ per 10 minuta plus debito: Unde volunt quod a motu lune scripto in eius almanach debent minui minuta 10 que quidem cautella in alijs almanach non venit servanda.

Tercia tandem operacio est. rectificare et equare motum lune ad horas nativitatis, quando nativitas est in horis ante meridiem. vel post meridiem. sive ante ocasum solis sive post ocaso

Primo igitur Si nativitas est ante meridiem. sume ex almanach motum lune in signo gradibus et minutis. diei precedentis nativitatem et illud rectifica per primam et secundam operacionem. iam predictas. Si vero sit post meridiem, sume motum lune in eodem die quo est nativitas, Et illud duplici rectificacione prius rectifica ut eciam dictum est

Secundo sume motum lune immediate sequentem in signo gradibus et minutis et illud eciam rectifica duplici rectificacione ut precedentem. Tercio

4

Tercio Confer hos duos motus adinvicem. quibus Motum maior minorem fuerit. Nam facta subtractione minoris a maiori proveniet differencia motorum que significat motum lune diurnum et illud nota pro secundo termino

Quarto, pro tercio termino sume horas et minuta nativitatis post meridiem .s. vel diei precedentis: Si nativitas est ante meridiem: vel eiusdem diei si sit post meridiem. ut in primo capite dictum est.

Quinto. Et multiplica secundum per tercium et numerum multiplicationis productum divide per primum et in numero quociente proveniet pars proporcionalis significans motum correspondentem illis horis et minutis post meridiem

Annexio In ista parte proporcionali eligenda. educes si placet, terminos si fuerit diversarum denominacionum ad eandem denominacionem

Annexio altera. Potes secundum reglam proporcionis aliomodo eligere partem istam proporcionalem, sicut in prohemio almanach dictum est. confer: ut dictum est: motum lune sequentem ad precedentem et eius differentiam inter eos facta subtractione minoris a maiori que differencia ut dictum est significat motum diurnum. Deinde divide huiusmodi motum per unam horam et proveniet in quociente motus lune in hora.

Tercio Huiusmodi motum lune horarium multiplica

D

Per horas et minuta post meridiem ad quas queris habe motum lune et in numero multiplicatiue producto proueniet motus lune correspondens horis illis et minutis post meridiem

Ultimo. huiusmodi motum adde motui lune in almanach iam rectificato scilicet iam precedenti idest ad signum gradus et minuta lune primo accepta et sic habebis motum lune ad horas quesitas

Tercius modus rectificandi motum lune seu equandi ad horas illas post meridiem. est per tabulam que inscribitur tabula motus lune in hora per quam sic operaberis

Primo sume motum lune ex almanach quem primo intendis et illum rectifica per duas rectificaciones predictas in secundo modo: sume quoque sequentem motum inmediate et illum rectifica ut primum tam pro differentia diuersi equalium et inequalium quam eciam pro differentia meridianorum.

Secundo confer motus illos adinuicem et facta subtractione proueniet differentia scilicet motuum que significat motum lune diurnum.

Tercio. cum tali differentia ingredere tabulam predictam quam in fine huius libri conscriptam inuenies. querendo eam in fronte tabule, horas vero post meridiem ad quas queris motum lune in prima coluna sinistre partis et in communi angulo offendes partem proporcionalem correspondentem

horis illis post meridie.

Tercio. huiusmodi partem proporcionale addas ad motum lune quem accepisti ex almanach et sic habebis motum lune iam equatum ad temporis horam post meridiem quesitum.

Tercio. collocato sole et luna cum suis locis ueris, in figura celi collocabis alios quoque planetas scilicet saturnum. Jouem. Martem. Veneremque et Mercurium cum suis motibus quoque veris. In hoc autem duplici via incedere potes.

Una quidem. per tablas resolutas aut blanchini aut Joannis de regio monte calculare motus eorum ad quamlibet horam quam queris.

Altera vero via est. pro rectificando ac equando motus eorum in almanach conscriptos qui sunt ad meridiem notatos ad horas tuas. Et tunc ita procedes sume motum planete notatum in almanach ex opposito illius diei in quo vis habere eius locum et illum nota in gradibus et minutis

Secundo. nota motum eiusdem inmediate sequentem

Tercio. confer hos duos motus ad inuicem videndo quis illorum maior minorue fuerit, facta enim subtractione minoris a maiori proueniet differentia representans motum diurnum planete que notanda est pro secundo termino.

Quarto. sume horas et minuta post meridiem ad quas queris motum et illas nota pro tercio termino.

Quinto. Primus terminus fit 24 et multiplica
secundum et tercium numerum, vero multiplicacionis pro-
ductum divide per primum et proveniet in quocien-
te pars proporcionalis correspondens horis
illis ac minutis si adfuerit post meridiem.
Sexto. Eandem partem proporcionalem adde ad
motum planete priorem vel minue si planeta
fuerit retrogradus et habebis motum plane-
te ad tempus quesitum
Annexio. In dictorum quinque planetarum motibus
rectificandis non oportet laborare in equando
illorum motu primus pro differencia dierum equalium
et inequalium nec pro differencia meridianorum propter
tarditatem motus eorum, Unde hac sarciendi for-
mula non egent
Annexio altera. Potes eciam si placet motus pla-
netarum equare ad horas quesitas per regulam
proporcionis aliomodo procedendo. videlicet
elige differenciam inter duos motus inscriptos que
differencia representat motum planete diurnum ut eciam
supra dictum est.
Secundo. Eandem differenciam divide per unam horam
et proveniet in quociente motus planete in hore.
Tercio. talem motum in hora multiplica per horas
et minuta post meridiem ad quas queris motum
eius motum et proveniet motus planete correspo-
dens illis horis
Ultimo. Motum illum adde ad motum planete
quem primo accepisti ex almanach: si plane-ta

progreditur, Vel subtrahe si idem regrediatur et
habebis motum planete ad horas quesitas.
Annexio. Quando aut planeta progreditur aut
regressum patitur cognoscetur ex almanach in princi-
pio cuiuslibet anni nec non in corpore ephemeri-
dum ubi in columna motus eius cum progreditur
invenies notatum sillabam :di: i. directus, cum
regreditur sillabam :re: i. regreditur. Et hec
de collocacione planetarum in celi themate esti-
mato i. iuxta horam estimatam et vulgariter erecto
Circa lineacionem figure celi ac locacionem
motuum planetarum in ea sunt due cautelle advert-
tende.
Prima quidem cautella est circa posicionem signorum
et graduum domorum: Sciendum est enim quod domus
quelibet debet annotari cum suo signo et gradi-
bus atque minutis in cuspide illius domus i. in li-
nea ubi est principium domus et illa linea
vocatur cuspis domus. licet secundum sentenciam Pto-
lomei et aliorum astrologorum principium cuiuslibet
domus sit per quinque gradus ante gradum cuspi-
dis, Verbi gracia. Sit alicuius figure ascendens
in secundo gradu arietis, tunc licet hec dicatur
cuspis eius tamen eius principium est per quinque
gradus ante scilicet in 27 piscium. et planeta quiscit
in aliquo istorum istorum quinque graduum precedencium
sicut in .28. aut .29. aut .30. piscium non dicitur
esse in duodecima sed in ascendente. Et hoc bene
mente teneto. Sicut eciam non ignorare debes.

quod quelibet domus est 30 gradibus constat, quinque
habet ante cuspidem et 25 post cuspidem. in linea
igitur cuspidis domus nota arcu domus .i. signorum
gradus et minuta non igitur notabis hec in medietate
domus ut per prea non multi faciunt,
Secunda cautella est. in locandis in eadem figura
planetarum mobilibus qui ut recte locentur considera
motum primi mobilis .i. diurnum qui est ab oriente
in occidente, Nam motus planetarum proprius est
ab occidente in oriente. Si vis igitur recte locare
planetas considera motum primi mobilis prout quemadmodum
sicut prius ascendit supra orizontem prima domus
Deinde secunda venit Deinde tercia et sic successive
sic primus gradus prime domus prius ascendit quam
secunde. Et secunde prius quam tercius et sic successive
Et sicut sub terra prius descendit septima
deinde octava. Deinde nona et sic successive
sic primo descendit primus gradus septime
secundo secunde tercio tercius et sic successive
in omnibus aliis domibus intellige. Cum ergo
in figura dispositis domibus in signis gradibus
et minutis vis locare planetas. vide in quo signo
sit planeta. et in quoto gradu atque minuto signi
et tunc si cuspis domus est notata in gradu
eiusdem signi priori quam sit gradus planete. collo:
ca planetam intra domum post cuspidem quia
prius ascendet gradus cuspidis supra orizontem
quam gradus in quo est planeta aut descendit

infra orizontem si planeta fuerit supra terram
a principio ascendentis usque ad septimam que est
medietas celi supra terram. Si vero gradus
cuspidis est posterior in ordine numerali
quam gradus in quo reperitur planeta collo:
ca planetam cum suo gradu ante cuspidem quia
prius ascendet planeta supra terram quam cuspis
si planeta fuerit sub terra aut descendet si:
supra terram. hoc tamen semper animadvertendo quod
si planeta fuerit ante gradum cuspidis domus
plusquam quinque gradibus etiam quod sit in eodem signo
in quo est gradus cuspidis non dicitur esse in
ea domo sed in precedenti. Sicut etiam si esset
ultra ~~...~~ 25. gradum post gradum cuspidis
domus dicitur esse in domo sequenti. Verbi gracia
sit ut dictum est: secunde gradus arietis gradus
cuspidis secunde domus. sitque planeta ut Jupiter
in 28 gradu piscium. tunc talis planeta nota:
bitur cum suo gradu ante gradum cuspidis secunde
domus. Dicetur tamen esse in prima domo. quod
si idem planeta esset in 21 septimo. aut in
26 gradu aut 25 piscium non dicetur esse in prima
domo sed in secunda. Si eciam quoque planeta esset in quarto
vel quinto gradu arietis collocabitur in figura
post gradum cuspidis quod si esset in 28 gradu pi:
scium non dicetur esse amplius in secunda domo sed in
tercia. licet in eodem signo fuerit.

Annexio, quod dixi de collocandis planetis qui sunt sub terra pariformiter disponas planetas qui sunt supra terram considerando tamen motum primi mobilis tam eciam ordinem domorum et graduum cadencium et non errabis.

De rectificacione ascendentis estimati seu figure estimate per animodar capitulum 3m

Dixit princeps astrologorum Ptolomeus tractatu tercio quadripartiti capite secundo quod in re prima que est substentaculum in nativitatibus est gradus ascendentis hora exitus infantis multociens innascitur dubitas eo quod horam egressionis absque scrupulo scire non possumus quia horarum instrumenta decipiunt et a veritate declinant. Nam si est instrumentum umbre cadit in eo error quando sol non fuerit equidistans superficiei in qua ponunt instrumentum aut quod linee aspectus sint retorte ita quod umbra non erit certa. In instrumentis eciam aque cadit error quia vel est spissa vel aliquid in ea transversatur quod impedit fluxum, vel foramen clauditur vel plus debito ampliatur vel propter aque multitudinem eius fluit aqua vel propter eius paucitatem tardius vel propter frigiditatem crassior vel caliditate subtilior nisi quis per solum astrolabium observaverit altitudinem alicuius stelle. Et Hali dixit quod

eciam in eo potest facile quis decipi nisi sit sapiens quando stella quam aspiciunt est circa medium celi et aspiciens ignorabit utrum sit in medietate celi recte vel tardabit igitur ponere super gradum ita quod firmamentum ibit duo antequam moveat eam vel tarde surget post horam nativitatis ad aspiciendum et tunc aspiciet alium gradum ascendentis qui erit post nativitatem aut erit error in astrolabio vel in divisione graduum altitudinis vel in regula vel in toto gyro altitudinis, Unde propter aliquod istorum et similia difficille erit et rarum quod non cadat error Unde si error in uno gradu altitudinis acciderit aut eciam in uno minuto ascensus nativitatis non erit illud. Et ego eciam dico quod in instrumentis horarum metallicis quibus utimur temporibus nostris multo sepius error accidit tam racione instrumentorum horologii que aliquando cessant a percussionibus tum eciam maxime propter homines qui eis utuntur nam putant se ponere illa ab occasu solis seu a meridie aut a media nocte et semper fallunt quia ignorant veram occasum horarum et non ponunt illud in illa hora precisse. Unde vel ante vel post neque eciam utuntur in hoc diligencia. Unde semper de certa hora est error. eo presertim magis quia raro volens

certam horam sive hore partem animadvertit in exitu infantis unde quasi ad existimacionem refe-
runt sedem estimativo zodiaci talem vel talem horam fuisse. Sed quoniam in iudiciis nativitatum debemus precise operari absque omni scrupulo racione directionum et eciam debemus planetarum adequa-
ciones precise habere. oportet determinatam horam et minutum hore nativitatis invenire. Ideo dixit Ptolomeus necessario convenit ut via investiga-
mus qua precisum ac naturale ascendens habeamus. Via autem est per ascendens estimatum. et illud recti-
ficando precisum et verum ac naturale ascendens nati-
vitatis adinvenire. Propterea rectificanda est celi figura estimata. In hoc fuerunt due vie modi à sapientibus.

Prima. fuit via Hermetis que via tenetur eciam a Leopoldo et dicunt eciam esse Ptolomei sed per peram propter verbum eius in centiloquio verbo 51 dicentis. Locus lune in nativitate est ascendens casus spermatis in matricem: Et locus lune casus spermatis in matricem est ascendens ho-
ra nativitatis. Et dicunt quod invenerunt in nativitate hominum tantam conformitatem lune ad ascendens nati quod per tot revolutos orbes luna venit ad punctum nominatum et assignant tres moras natorum in uteris matrum a principio casus spermatis.

Minor mora est 258. dierum. Media est 273 dies Maior vero 288. Inter istas vero moras alias ponunt intermedias que sunt aliquando maiores mi-
nori mora et aliquando maiores media.

Amplius dicunt. quod cum luna fuerit in gradu occidentis tempore nativitatis fuit mora minor à casu spermatis usque ad nativitatem scilicet 258. diebus intercurrentibus. cum vero fuerit luna in gra-
du orientis tempore nativitatis fuit mora media inter casum spermatis et nativitatem scilicet 273. diebus cum vero fuerit sub terra in parte occi-
dentis et distet ab occidente minus uno gradu tunc intercurrit mora maior scilicet 288. Et breviter vo-
lebant huius opinionis sequaces quod debemus considerare hora nativitatis quam precisius possemus locum lune scilicet signum. gradum minutum. et eciam secundum Et erigamus figuram celi quo precisius possumus His peractis debemus considerare si luna fu-
erit supra terram aut sub terra, Si supra terram fuerit sume gradus equales qui sunt inter ipsam et occidentem et duplica du-
plicatum vero divide per 24 et in quociente provenient dies more. Si in divisione aliquid maneat quod dividi non potest sunt hore. Deinde huiusmodi dies et horas adde minori more et agregatum ostendit moram quesitam.
Si vero luna sit sub terra inter oriens et occidens accipe gradus qui sunt ab oriente usque

Si quod. ad lunam et ipsos dupla et duplatum divide per 24
et in quociente veniet dies. Si quid vero remanserit
quod dividi non potest, ostendet et tibi horas addendas
debes. deinde adde hos dies et horas ad horam mora
mediam et proveniet tibi mora quesita. Sed si
fuerit in gradu orientis erit mora minor. Hoc
intellige in gradu et minuto. Post hec dicebant
inventa hora mora subtrahe illam ab hora
nativitatis et proveniet hora casus spermatis.
Tunc habita mora casus spermatis in matrice,
querebant verum motum lune iuxta gradum minuti et secundi
Et ille locus lune erit ascendens verum in hora
nativitatis et habebis quod queris. Sicut verum
locus lune tempore nativitatis est ascendens
hore casus spermatis in matrice. Et ista via
multis placet ut habeant horam casus spermatis
ut certiorentur de uxoribus an filii quos pepe-
rerint sint veri eorum filii. Ista via non est
firma quia nec per eam possumus vere inveni-
re passum ascensus ut ipsi estimabant neque possumus
certificari de casu spermatis in matricem:
per horam nec estimatam neque veram nativitatis
ut longius arguebat Antonius de Montulmo
inter latinos astrologos non parvi momenti:
Sed quoniam mea intencio in hoc opere non est dispu-
tare nec impugnare falsas opiniones sed so-
lum opinionem Ptolomei dilucidare.

Et necessaria tantum atque vera pro scientia nativitatum
exponere. Devenio ad secundam viam

Secunda via. rectificandi ascensus estimatum ut inve-
niatur verum et naturale est via per animodar.
Animodar ut ait Alcabitius investigacio veri gradus
ascendentis. Et hec est Ptolomei dicentis quod
habito ascendente estimato possumus invenire
ascendens verum et naturale, hac scilicet via. Primo
videndo si coniunctio vel oppositio luminarium imme-
diate precessit nativitatem. Nam si precessit co-
niunctio dicitur nativitas illa coniunctionalis. Si vero
oppositio seu preventio dicitur preventionalis. Et tunc
quecumque istarum precesserit oportet invenire gra-
dum coniunctionis vel preventionis que ante nati-
vitatem ipsi propior fuerit. Et gradum illum
veraciter edificamus. fundamentum huius
vie dixit Hali habemoden est propter concordan-
ciam, quam habet natura hominis cum natura
solis et lune ut voluit Aristoteles et Ptolo-
meus. Et quoniam coniunctionis dicit Hali hic
durare usque ad oppositionem. Sicut oppositionis
usque ad coniunctionem. Ideo per coniunctionem vel
oppositionem immediate horam nativitatis precedentem
voluit Ptolomeus ascendens estimatum
ad perfectum reducere

Secundo. Dixit Ptolomeus si coniunctio precesserit

tur gradu utriusque luminaris accipiemus ac vide
bimus. quis planeta sit in illo gradu almuten,
i. principalis dispositor. Almuten enim vocat
aliquis loci planetarum qui plures numero for
titudines habet in dicto loco aspiciat vel non aspi
ciat dictum locum sed si aspexerit est melior.
Si vero precesserit oppositio ex quo tunc gradus lu
minarium sunt diversi. Dicit Ptolomeus. obser
va gradum luminaris super terram existentis et
vide quis planetarum illius sit dispositor sive
almuten. Nam ille erit signorum estimator certi
ficator et dispositor. Ex hoc quod dixit debe
videre quis planetarum plures fortitudines
habuerit in loco coniunctionis vel oppositionis
secundum meum videre sequitur quod planeta qui
est debilis non potest accipi pro almute.
Racio est quia almuten est qui habet fortitu
dines et dignitates. Ideo planeta qui est pe
grinus in dicto loco i. in nulla suarum digni
tatum essentialium: sed feralis vel detrimentum
vel casum paciatur aut tardus cursu aut combu
stus aut retrogradus aut in prima statione
ut fiat retrogradus aut in gradibus tene
brosis. Et sic de aliis debilitatibus non potest
esse almuten et certificator. Et hic nota quod
ego nec apud Ptolomeum nec alios invenio
quod sol et luna non possint esse almuten.

Ioannes antonius de montulmo. exemplificat de sole
etiam almute et hoc dico contra alios mille sec
tes. In hoc loco Hali dixit. quod ex quo quilibet ho
rum graduum dictorum s. coniunctionis vel oppositionis
crescit et minoratur secundum planetarum hora ipsa vi
centem ideo oportet modis omnibus ut ascen
exitus creatore habeat naturam annexam cum
natura planete gubernantis gradum coniunctionis
vel preventionis nativitati precedentis. Dixit Hali
quod merito Ptolomeus tempore oppositionis
accipiebat gradum luminaris existentis supra
terram quia planete supra terram sunt maioris
fortitudinis quam existentes sub terra.
Amplius dixit quod si forte in oppositione unum lu
minarium fuerit in oriente alterum in occidente
sive hora nativitatis sive hora oppositionis
conveniet ut accipiamus gradum illius qui fuerit
in ascendente quia semper debemus accipere
illud quod fuerit maioris posse.
Tercio dixit Ptolomeus quod res quibus plane
ta dicitur dispositor in gradu coniunctionis vel oppo
nis sunt quinque. videlicet triplicitas domus exaltacio
terminus apparicio. et solis affinitas .i. aspectus
quicumque ille fuerit. Hic notandum quod per appa
ricionem aliqui intelligunt facere aliquam coniunctio
nem

coniunctione corporaliter vel aspectu ad dictum locum aliqui
vero quod appareat sub radiis solis sicut quod tres
superiores orientales appareant mane ante solem
et tres inferiores appareant in vespere post solem
in orizonte quod iam exiverit a radiis solis vi-
de lacius Alcabitium differentia tercia.

Quarto. Dixit Ptolomeus illum planetam dici
dispositorem gradus coniunctionis sive preventionis
qui habuerit in illo loco plus una duarum di-
gnitatum s. dictarum, vel omnes. Notandum quod
merito dicitur quod ille est dispositor qui habet
omnes vel plus una dignitatum in grado co-
niunctionis vel preventionis. non autem in signo
quia est inter hos duos modos magna di-
ferentia. Contingit enim quod aliquis planeta ha-
beat plures dignitates in uno signo toto hiis
aliis et quod in determinato grado illius signi
planeta alter habeat plures dignitates ipso.
Sicut v. g. in capricorno Saturnus. habet
septem fortitudines quia. domum que valet quinque
et terminum qui valet duo. Sed in vigesimo octa-
vo grado capricorni. Mars plures habet for-
titudines quia decem. habet enim exaltacionem
que valet quatuor. triplicitatem que valet 3 tercia.
faciem que valet unum. Et terminum qui valet
duo.

Amplius notandum. secundum Hali quod si acciderit quod
planeta

planeta qui est dispositor generalis s. in hora coniuncti-
onis vel oppositionis quod habet plures suas digni-
tates sit eciam dispositor proprius s. habeat eciam
hora nativitatis plures auctoritates ac fortitudines
aliis in hora nativitatis demonstrabit quod sit
nativitas hominis magni esse.

Quinto. Dixit Ptolomeus invento et habito
planeta qui dispositor loci coniunctionis vel preventi-
onis quecunque [illegible] nativitatis hora precesserit immedi-
ate oportet videre in figura temporis estimati
in quo grado signi talis planeta reperiatur et
tunc videbis cui angulorum duorum s. ascendentis vel
medii celi propior fuerit. Si enim fuerit secundum
numerum graduum propior ascendenti adequa in
tot gradibus ascendens in quot perambulavit
almuten coniunctionis vel preventionis in suo sig-
no in quo est figura nativitatis estimata.
Si vero propior fuerit secundum numerum graduum
decime adequa decimam in tot gradibus quot dictus
almuten est in suo signo. neque cures cui fuerit
propinquior secundum situm seu quantitatem continuam
ut perperam multi operantur in rectificacione
figure estimate. Et dixit Antonius de Montulmo
quod si dictus almuten habuerit dignitatem in dicto
angulo quem rectificat et ipsum aspiciat tunc erit
melius et sic rectificabis aut ascendens aut de-
cimam in figura estimata

E

Sexto. Dixit Ptolomeus si duo vel plures planete in loco coniunctionis vel preventionis equales dignitates sive fortitudines habuerint de quinque supradictis tunc respice utriusque planete gradus et vide si sunt in gradibus equales vel inequales.

Si inequales fuerint tunc ille planeta sumendus est pro rectificatore cuius gradus sunt viciniores quo ad numerum ascendentis gradibus sive medii celi et rectificabit ascendens aut medium celum secundum numerum suorum graduum. cum sic alterum duorum angulorum fuerit secundum numerum propinquior. Si vero dicti duo planete vel plures equales in dignitatibus fuerint, hora coniunctionis vel oppositionis ~~et inequales~~. in gradu coniunctionis vel oppositionis. et inequales tunc se in dignitatibus gradibus. Ita tamen quod alter eorum quo ad suos gradus sit propinquior gradibus ascendentis quo ad numerum sic semper intelligas quia Ptolomeus nihil curat de situ. Alter vero quo ad suos sit multo propinquior gradibus medii celi. Et nota hic multo propinquior quia intelligitur quod sit maior propinquitas inter numerum graduum unius planete et gradus medii celi quam inter gradus alterius et gradus ascendentis. Vel e contra. scilicet quod alter sit propinquior quo ad numerum suorum graduum ascendenti quam sit alter quo ad numerum suorum medio celo tunc semper secundum mentem Ptolomei sumendus est pro rectificatore ille qui est propinquior quo ad suos gradus: Et ita si alter est propinquior cum suis gradibus medio quam alter cum suis ascendenti tunc accipe pro rectificatore quo ad gradus medio celo et ita secundum numerum graduum illius adequa gradus medii celi. Idem facies si maior propinquitas appareret inter alterum planetarum et ascendens. scilicet quo ad numerum graduum. Si vero dicti duo planete vel plures equales fuerint tam in dignitatibus sic quinque predictis quam in gradibus equales et per consequens quantum est ratione eorum alter non dicitur propior altero ascendenti aut medio celo quia cum sint equales in numero graduum in suis signis. non dicitur alter altero propior ascendenti aut medio celo tunc dicit Ptolomeus sume pro rectificatore ex his planetam illorum qui plures dignitates habuerit in angulis figure nativitatis. Si vero ambo equales dignitates in angulis habuerint eligendus et preponendus est ille qui fuerit in suo haim. scilicet qui fuerit in sua similitudine ut si fuerit diurnus quod sit supra terram de die. Et sub terra de nocte. Si vero nocturnus sit

Supra terram de nocte et sub terra de die, si mascu-
linus quod sit in signo mascolino. Si femininus
in signo feminino. Si orientalis quod sit precedens
solem. Si occidentalis quod sequatur solem et sic de.
Et addit Hali eciam quod si quilibet eorum fuerit
in suo Haim eligendus adhuc et preponendus est
ille qui est consors eius sole quia si ambo planete sunt
mascolinus in signo mascolino preponendus est
planete feminino in signo feminino. Et conclu-
dit Hali quod semper debemus accipere plane-
tam qui fuerit maioris fortitudinis et maio-
ris concordancie eius re quam petis. Et alcabicius
addit quod si ambo dicti planete seu plures
fuerint in omnibus dignitatibus equales, Et eciam
in suo Haim convenerint constitues eum pro
rectificatore qui velocius debet mutari ad melius
esse i. eum qui voluerit exire de aliquo signo in
quo fuerit et intrare in aliud in quo habuerit
plures dignitates: Ex hoc ego colligo quod si
unum luminare sit in septima domo ut in fine
septime et per ~~unum~~ unum tantum vel duos gradus
supra terram alter vero in ortu secundum prima
domo tamen in fine prime deg intra orizonte
et equales fuerint in dignitatibus. Tunc licet
ille qui sit in septima i. in occidente sit supra

terram et ille qui est in oriente est infra terram
tunc sumendus est ille qui est in occidente et in pri-
ma domo. Ex quo ille tendit ad orizontem supra
terram et ad melius esse.69 Et si equales ~~essent~~ eciam
in fortitudinibus fuerint tres superiores et
omnes fuerint in suo Haim s. orientales a sole
sumendus est ille qui soli fuerit propinqui-
or et non fuerit sub radiis. notanter vero di-
xit si fuerint omnes orientales quia si fuerit
alter orientalis alter occidentalis sumendus
est qui est orientalis. Et quoniam dixerat Pto-
lomeus quod si fuerint planete equales in di-
gnitatibus et in numero graduum eligendus est
ille qui plures auctoritates habuerit in angulis
addit alcabicius quod ex his eligendus est ille
qui gradui eorundem anguli fuerit propinquior quo
ad numerum. Annexio Ex his que dixit alca-
bicius quod non est sumendus ille planeta qui
est sub radiis solis colligitur quod non est sumen-
dus planeta qui combustus fuerit licet Pto-
lomeus hoc non expresse dixerit.

Septimo. principiis positis per almotben coniunctionis
seu preventionis ascendens aut decimam in figu-
ra estimata rectificaveris tunc ex illa reliquas
domos figure rectificabis facillime. Et hoc tri-
plici canone seu modo:

69 Ille vero qui est in occidente in climat ad loch sub terra et ea ad... esset hoc bene nota.

Primo modo · quem in capite primo diximus scilicet eundem domo rectificata sive decima sive prima ad tabulas 12 domorum celi ad elevacionem tui poli deservientes et illis sub titulo decime vel prime domus invenire domum rectificatam et ex eius directo reliquas domos invenies. sed per hunc modum alie domus veniunt rectificate. solum in gradibus vna tantum. in gradibus et minutis existente rectificata. Quia tabule ille facte sunt ad integros gradus.

Secundus modus est · quem elicio ex antonio de Montolmo qui dixit quod postquam equaveris ascendens estimatum sive decimam domum secundum numerum gradum planete qui est almuten in loco coniunctionis sive preventionis immediate nativitatem precedentis. Considera si gradus inventus precedit gradum ascendentem estimatum · i · precedit secundum motum diurnorum tunc tempus correspondens dictis gradibus subtrahere debes ab hora estimata quia nativitas fuit ante estimacionem. Si vero gradus inventus sequitur estimatum tunc tempus correspondens dictis gradibus debes addere hore estimate v. g. Sit nativitas alicuius in aliqua hora estimata in qua ascendat decimus gradus tauri. per rectificacionem vero rectificatur per vigesimum gradum eius. Tunc vides quod nativitas vera fuit post estimacionem: accipe igitur ascendens 20 gra: 8. Et subtrahe ascensiones decimi gradus 8 ab ascensionibus vigesimi et in residuo provenit differentia duarum ascensionum diversorum graduum Deinde huiusmodi differentiam divide per 15 et in quociente provenit hore. addende horis estimatis · A mcxio

Si in divisione aliquid remanserit quod dividi non possit multiplica per 60 et facta multiplicacione. divide per 15. Et in quociente provenient minuta hore addenda horis predictis. Et si adhuc in divisione aliquid fuerit residuum multiplica iterum illud per 60. Et iterum multiplicatione productum divide per 15. Et in quociente provenient secunda addenda minutis predictis. Et sic habebis horas minuta et secunda addenda horis estimative figure quia gradus ascendens estimatus precedit gradum verum. Et sic in agregato habebis horam rectificatam ad quam potes certissime figuram celi erigere et habere verum ac certum ascendens ac perfectum nativitatis Iuxta primum modum traditum in primo capite illud recurre et ad horam iam inventam certam ac veram erigere celi figuram atque ad eandem horam motus precisse planetarum invenies.

Tercius vero modus. Et ceteris melior ac sine errore rectificandi ceteras domos post pri:

prima vel decima quecumque illa fuerit primo rectificata
est per tabulas directionum Jo. de monte Regio
Modus autem est iste Si domus que primo rectifica-
tur per almuthen loci correctionis vel preventionis
est decima. Sume signum gradus et minuta dicte do-
mus et vade ad tabulas ascensionum rectarum que-
rendo signum in fronte table gradus vero in pri-
ma columna sinistre partis et in communi
congerie sume ascensionem rectam illi signo et gra-
dui correspondentem.

Secundo. Si gradibus adherent minuta fac secundum
introitum ad gradum sequentem descendendo et e
directo eius sub eodem signo sume aliam ascen-
sionem rectam tali gradui correspondentem et has
duas ascensiones rectas confer ad invicem que
illarum maior minorve fuerit. facta enim
subtractione minoris a maiori proveniet
differentia signanda titulo d 4 id est adde.

Tercio. huiusmodi differentiam multiplica per minuta
adherentia gradibus cum quibus intrare
non potuisti. Et multiplicationis productum di-
vide per 60. Vel si vis laborem fugere vade
ad tabellam proporcionum ad 60 minuta. ducas
differentiam ascensionum in minuta illa gradibus adhe-
rentia et proveniet pars proporcionalis adden-
da ad ascensionem rectam prioris introitus
Et sic proveniet ascensio recta equata pro

decima domo quam debes notare ex opposito decime
domus

Quarto. per continuam additionem 30 graduum
emergent ascensiones oblique ceterarum domorum
usque ad terciam quibus habitis invenientur poli
ex tabula racionali cum gradu latitudinis poli sue
regionis. Et demum ex ascensionibus obliquis
domorum et earum polis invenientur arcus eclip-
tice cuiuslibet domus id est signa gradus et minuta
pertinencia ad quamlibet domum ut superius
longius ac particularius dicebamus in primo
capite in secundo modo erectionis figure celi et
sic habebis sex domus rectificatas usque ad minuta
alias autem sex per eosdem gradus oppositorum
signorum dicto circulo constitutas.

Si vero contingat quod domus que primo
rectificatur est prima domus id est ascendens
tunc ut alias quoque domus usque ad minuta recti-
ficare possis

Accipe Primo. Signum gradum et minuta prime
domus iam rectificate et vade ad tabellam
ascensionum obliquarum querendo polum regionis
tue in fronte table non dico polum undecime aut
duodecime. aut alicuius alterius domus sed regionis
tue in qua fuit nativitas. quo invento que-
ratur in parte superiori tabule signum prefate
domus. gradus vero eiusdem domus in prima

colomna sinistre partis et in comuni congerie o-
coret ascensio obliqua prime domus.

Secundo si gradibus minuta adheserint cum quibus
intrare tabulam non potuisti fac secundum introitum
ad gradum sequentem descendendo. et directo eius
accipe aliam ascensionem obliquam sub eodem signo
et inter duas dictas ascensiones facta compara-
cione et subtractione minoris a maiori elice
differentiam signandam titulo. A

Tercio huiusmodi differentiam multiplica per minuta ad-
herencia gradibus cum quibus intrare non potuisti
et quod ex multiplicacione resultat divide per
60 vel intrans differentiam in minuta illa per tabulam
proporcionis ad 60 quod idem est et proveniet
pars proporcionalis addenda ascensioni obliquo
primi introitus. Et sic proveniet ascensio
obliqua prime domus equata quam scribes ex
opposito prime domus.

Quarto Si vis reliquarum domorum ascensiones
habere oportet dupliciter modo operari Nam si
desideras habere ascensiones duodecime, un-
decime et decime oportet a qualibet earum
sursum ascendendo subtrahere 30 gradus incipi-
endo subtrahere a prima domo a qua sub-
trahendo 30 gradus proveniet ascensio obli-
qua pro duodecima. et ab ascensione obliqua

eiusdem duodecime domus subtrahendo 30 gradus pro-
veniet ascensio obliqua pro undecima Et subtra-
hendo ab ascensione obliqua undecime adhuc 30
gradus proveniet ascensio recta pro decima domo
Nam semper decima domus habet ascensionem
rectam

Quinto Si vis postea habere ascensiones obliquas pro
secunda et tercia domo. adde ad ascensionem obliquam
prime domus 30 gradus et proveniet ascensio obli-
qua pro secunda domo. Deinde huic ascensioni obli-
que secunde domus adde 30 gradus et proveniet
ascensio obliqua pro tercia domo quas ascensiones
omnes notabis ex opposito earum domorum

Sexto Intra in tabulam racionalem querendo
polum tue regionis et ex opposito illius accipia-
tur poli domorum scilicet undecime et tercie. duodecime
et secunde Nam polum prime habes per polum tue
regionis. Decima vero numquam habet polum quia habet
ascensionem rectam. et est recte sub meridiano. Sic
et quarta

Septimo Inventis polis predictarum domorum cum
ascensionibus earum Incipiendo a decima que non
habet polum. Vade cum eius ascensione recta ad tabulam
ascensionum rectarum querendo eius arcum in signa
gradus et minuta. ut superius dictum est. Arcus vero
reliquarum domorum quinque per earum polos et ascensiones
obliquas. invenies eundo ad tablas ascensionum

obliquarum ut superius edocui ne idem sepius
repetantur: Et sic a decima usque ad terciam
habebis sex domos sex vero reliquas per diametrum

Annexio

Si in aliquo polorum ultra gradus
adcrescat multa tunc intrabis cum duplici polo
ut in primo capite in secundo modo erectionis
figure celi dicebamus Et sic habebis figuram
celi rectificatam Et ascendens precisum et natura-
le hore nativitatis vel propinquum naturali dico
autem vel propinquum naturali quia inveniemus unum
gradum pro ascendente qui erit idem forsan vel
saltem erit unus gradus post gradum ascendentem
qui erit multum conformis partui naturali quia gradus
inventus similitudinem portat cum numero almuten
regulatore racione motus. Et hanc intencionem al-
cabicius sencit. Unde quidam de animodar cum dixit
et putant multi astrologorum quod inveniatur per
eum idem gradus ascendens nativitatis alicuius.
Et infra subiungit sed invenitur per eum dignius
ex omnibus gradibus post gradum ascendentem
in eadem hora secundum cursum naturalem. Et concordat
multociens et accidit aliquando ut inveniatur per
eum gradus idem ascendens Et hec fuit intencio
Ptolomei et alcabicii Et qui aliter credunt inci-
dunt in argumenta insolubilia unde si posses
habere ascendens precisum cum aliquo bono instrumen-
to non est melius quam altitudinem per instrumentum
rectum accipere quando natus exit de utero matris

quando eius medietas extra est alia vero intus
quia tunc capiatur altitudo alicuius stelle precisa
et tunc habebis ascendens verum et precisum quod si
hoc facere non potes erige et premonuimus ascendens
estimatum et figuram celi estimatam ad tempus celi
estimatum erectam quod tempus quanto fuerit
propinquius tanto melius, et cum remocius tanto
peius. Caveas eciam dixit antonius de montolmo
in erectione figure estimate a principiis et fi-
nibus signorum quando veniunt in ascendente quo-
niam hora estimata potest esse post tempus ve-
rum. Et sic ascendit principium signi ubi tempo-
re precisso ascendebat finis alterius signi. Et
almuten ostendet tibi ponere signum ascendens
estimativum: ubi debes ponere signum precedens et
in hoc casu potes errare Sicut eciam si ascendens
estimatum esset in fine signi ubi tempore preciso
ascendebat finis alterius. Ideo ne fiat error
debes tamen te prius informare de tempore esti-
mato ut erigas figuram estimatam. Et ascendens
estimatum quo propinquius fieri potest ascendenti
vero et naturali nativitatis

De collocacione planetarum in themate celi rectificato caput tercium

Postquam celi figuram estimatam rectificaveris ac veram

Sed vero proximo atque precisso ascensu adinvenerit
oportet in rectificata figura planetas cum suis
veris locis locare, nam hora figure rectificate
et ascendentis veri alia est ab hora estimate
figure: Ideo sicut ascensus estimatus rectifica-
tur, Ita quoque planetarum motus rectificandi
ad horam veri ascendentis et sic rectificatos in
celi themate collocare in hoc autem hoc modo procedes
canone

Primo vide si gradus veri ascendentis inventi
precedit gradum ascendentis estimati aut sequitur
scilicet secundum motum diurnum

Secundo. Vade cum gradu et signo ascendentis esti-
mati ad tabulas ascensionum obliquarum sub polo
regionis tue in qua facta est nativitas. et si-
gnum invenias in superiori parte tabule gradum
vero in prima columna sinistre partis et in
communi congerie sume ascensionem eius obliquam
et illam nota.

Tercio. vade cum gradu et signo ascendentis veri
inventi ad tabulas earum ascensionum sub eodem
polo signum querendo in parte superiori tabule
gradum vero in prima columna sinistre partis
et in communi congerie sume ascensionem obliquam
correspondentem dicto gradui et illam nota.

Quarto. Has duas ascensiones confer adinvi-
cem, que illarum maior minorve fuerit et facta
subtractione minoris a maiori proveniet

differentia notanda titulo A vel M. A si gra-
dus ascendentis veri sequatur et sit maioris
numeri quam gradus ascendentis estimati.
M. si precedat seu minoris fuerit numeri
vel sub aliis verbis A si ascensio obliqua
correspondens gradui ascendentis veri fuerit
maior quam ascensio obliqua gradus ascendentis
estimati M vero si minor

Quinto. eam differentiam divide per 15 et in quo-
ciente proveniet hore correspondentes dicte differentie

Sexto si in divisione aliquid fuerit residuum
quod dividi non possit illud per 60 multiplicato
deinde per 15 divide et in quociente prove-
nient minuta hore addenda horis predictis. Et si
in huiusmodi divisione adhuc aliquid fue-
rit residuum adhuc multiplica illud per 60
et quod ex multiplicacione provenit divide per 15
Et in quociente provenient secunda addenda minutis
et horis predictis.

Septimo. Huiusmodi horas minuta atque secunda si
adfuerint adde vel minue iuxta titulum differentie
hore estimate ad quam erexisti figuram estima-
tam et sic habebis precissum tempus et veram
horam nativitatis ad quam ut supra dixi et fi-
guram erigere veram et planetarum motus in-
venire debes.

Octauo. Inuenta certa hora ac motus ad quam debes motus planetarum inuenire: debes illorum veros motus pro illa hora calculare. In quo duplici via incedere potes.

Vna quidem est per tablas blanchini aut resolutas aut alfonsi aut aliorum calculatorum motus predictos predictos calculare.

Altera via est sumere ex almanach motus illorum calculatos pro meridie et illos adequare tuo meridiano et ad horam veram natiuitatis quam queris incipiendo a motu solis usque ad eclipticos et in hoc procedas eo canone quem supra in capite primo. primo motu solis ad horam calculando dixi. Et capite secundo pro motu aliorum planetarum adequando. Recurre igitur ad loca illa ne idem sepius repetatur conamur enim quantum possumus in hoc nostro libro cum claritate esse breues.

De particione ac numero eorum que per figuram natiuitatis iudicari possunt ac debeant et de quibusdam regulis generalibus ad ea que tractanda sunt. Caput 4

Capite secundo tercij tractatus quadripartiti dicebat Ptolomeus quod habito ascendente vero exactaque vera natiuitatis figura scire debes quot sunt accidentia nati que possunt ac sciri debent in natiuitatibus. ac de quibus tractandum

Et est quod eorum accidentium que cognoscenda veniunt in natiuitate quedam sunt ante partum. Sicut loqui de parentibus nam pater et mater sunt ante natiuitatem et sic loqui de eorum vita de eorundem statu diuitijs ac paupertate et consimilibus. Quedam sunt accidentia que sunt ante partum et post partum: Sicut loqui de fratribus quia fratres possunt esse ante et post natiuitatem nati potest enim natus habere fratres maiores ipso et alios post ipsum. Quedam sunt accidentia que accidunt in eadem hora partus Sicut loqui de maribus et feminis et iudicare si natus sit mas vel femina Et hoc est vnum. Alterum est utrum parturiens peperit vnum vel geminos vel plures. Tercium si natum sit monstrum et forma monstruosa vel perfecta et conueniens Quartum si nutritur vel non et sumet cibum vel non sumet Quedam vero sunt que accidunt post partum et ista sunt in multiplici differentia dicit Ptolomeus Sunt enim hec tredecim numero.

Vnum et primum est loqui de vita quia eorum qui non viuunt narracionibus non adherent et nullum iudicium de eorum natiuitatibus facere oportet.

Secundum est De forma corporis iudicare

Tercium. de infirmitatibus et indispositionibus corporis

Quartum de qualitatibus anime et statu et natura anime.

Quintum De viciis et infirmitatibus anime cum effectibus

f

Sextum. de fortunio et infortunio nati in substancia

Septimum. de dominio sive regno et exaltacione ac depressione eius.

Octavum. De magisterio et arte quam exercet in vita

Nonum De coniugio quando ducet vel non ducet uxorem Et si ducet an unam vel plures et quanto tempore cum illa vel illis durabit

Decimum de filiis quos natus habebit.

Undecimum quam societatem habebit cum hominibus et quales amicos

Duodecimum. Cuiusmodi itinera faciet et peregrinaciones et ad quas regiones ac terras.

Decimumtercium quo genere mortis morietur, Et licet genus eiusdem mortis concordat cum re: diuo vite quia mors complet tempus vitae tamen oportet ut in fine de hoc tamquam ultimo omnium sermo fiat. Et addit Ptolomeus quod ipse intendit in hiis predictis rebus ac accidenti: bus pertractandis quod s. de illis radicales debemus in nativitatibus tradere regulas generales. Et que sint tamquam radices ad reli: qua sub quibus particularia continentur et quod narrabit ea que influuntur ex virtutibus stellarum et quod ipse pretermittet aliorum va: nitates in quibus non est aliquid perfectum

nec audito dignum quia non processerunt per virtu: tes celorum que virtutes posite fuerunt in eis a prima causa id est a deo glorioso ait enim Hali quod omnes philosophi demonstraverunt quod deus primo creavit celos et stellas et in eis virtutes posuit pro gubernando cuncta terrena Unde Ptolomeus voluit per hec que dixit ostendere quod omnia que nobis accidunt sunt propter voluntatem dei. quoniam deus est ipse qui movet celos et quicquid est in eis et propter hunc motum veniunt omnia accidencia in hoc mundo de generacione et corrupcione Unde ipse existimavit quod non est res in mundo que veni: at nisi per disposicionem celestem. Et si aliud credit homo est vanitas Et si obiciatur ait Hali homo potest per se aliquid facere videtur quod verum est tamen illud posse quod habet procedit ex voluntate sua propria ad se pertinente Et addit Ptolomeus quod ipse procedet in predictis tractandis non per sortes vel numeros que non habent racionem sicut alii fecerunt sed quicquid ipse dicet est ex configura: cionibus et aspectibus stellarum adinvicem et ex illa illarum concordancia in locis ubi inveniuntur in celo quomodo participant cum hiis inferioribus et in illa influunt ac operantur. Sicut v. g.

inferius in radice parentum ostendit quod pater participabit cum sole et mater cum luna et sic de alijs. Circa predicta duo narrabat dubia Hali.

Primo quidem ex quo dixit Ptolomeus Primo quod iudicandum venit in nativitate nati est de parentibus. dubitatur quo ex nativitate filij potest iudicari de patre. Similiter quomodo ex nativitate fratris potest iudicari de alio fratre cum sint, quando sunt diversi frater et filius similiter et fratres. Et habeant nativitates horas diversas. et diversos etiam celorum et stellarum influxus. ad hoc respondet hali quod non semper ex coniunctione patris cum matre generatur creatura sed quando coniunguntur in illa hora in qua concordat illa constellatio cum nativitate parentum. Et ideo nativitas patris in hoc cum nativitate filij concordantiam quam habet. Sicut e contra. Et quoniam nativitas cuiuslibet filiorum habet concordantiam cum nativitate parentum et que cum tercio sunt concordes sicut tertium ut se. Ideo contingit quod nativitas cuiuslibet fratrum significet statum aliorum fratrum que concordantia aliquando significat de bono aliquando de malo.

Ego tamen dicerem quod ex quo filius generatur ex spermate parentum in quibus est virtus generativa et formativa procedens a parentibus

qui ortus est in parte a sua nativitate. Ideo si eadem operatur in filio necesse est quod illum influxum quem habuit pater in sua nativitate de generatione filiorum in hac virtute generativa eandem communicet filio et propter hanc communicantiam potest nativitas filij iudicari super parentem et e contra. Et nativitas parentum supra filios sicut nativitas unius fratris super alios fratres.

Secundo, dubitatur ex quo dictum est quod mutilla operatio que iudicatur hora partus est de nutritione nati utrum natus cibum accipiet seu nutrietur necne. Deinde ut ea que iudicantur post partum dixit Ptolomeus primo esse de vita quia illi qui non crescunt non adherent narrationibus. et ipse bis idem se tractare velle Ptolomeus. Respondet ad hoc hali dicens quod hec sunt diversa et non eadem quia illi qui non crescunt nec cibum sumunt sunt nihil vivunt sed statim moriuntur et de his dicebat debere iudicium fieri hora nativitatis. Sicut vero alij qui sumunt cibum et vivunt per aliquot menses non tamen pertransiunt circulum unius solis qui est annus unus et de his debere nos iudicium proferre. Primo de vita an vivat vel non.

quia, si annum non transibunt non oportet de hiis querere iudicare in aliis futuris accidentibus que sunt illa tredecim superius enarata quia dixi inferius ... capite x. quod qui ad tot annos vite non pervenerit in quibus ista que numerata sunt accidencia perfici possunt nobis usum habere conveniet.

Sequuntur regule generales pro dicendis premtelligende

Dixit Ptolomeus quod ponit regulas universales intelligendas in omnibus dicendis, ut in unoquoque capitulo idem semper repetere sit opus.

Prima regula. Docet quomodo et unde debes venari iudicium de accidente de quo iudicare intendis. Similiter a quibus accidencijs statum et qualitatem quod si hanc regulam in duas dividas melius ... Volenti in uno quoque dictorum accidencium iudicare necesse est aspiciat primo quis locus in circulo signorum ... in figura celi conveniat ei de quo debet iudicare. qui locus potest esse vel domus aut locus planete dixi itali. Sicut v. g. volens iudicare de magisterio oportet quod decimam domum in figura celi respiciat ... signum illius domus. Nam decima domus supra magisterium significat. Sic eciam volens de parentibus iudicare, aspiciat solis locum qui habet similitudinem et proporcionem cum rebus pertinentibus ad patrem

Postea oportet videre planetarum dispositorem loci significantis super rem quam scire ac iudicare volumus dispositorem ... habentem in hoc loco illius dignitates et fortitudines de quibus iam superius dictis sunt sunt triplicitas. domus, exaltacio, terminus, item aparicio. sub radijs et aspectus cum sole Nam si unus planeta omnes has potestates habuerit in dicto loco ille erit dispositor et almuten loci, si vero duo vel tres aut plures ille dispositor erit qui plures fortitudines et auctoritates alijs habuerit in eodem loco postquam igitur scivimus unde et ex quibus de futuro accidente iudicium proferre possis dixit Ptolomeus. Si vis qualitatem et statum accidentis scire .s. quale erit in suo genere .s. in bono vel malo: id est: hic pro qualitate intelligo: tria considerabis videlicet

Primo. naturam planete qui est almuten seu dispositor.

Secundo. naturam loci in quo idem planeta in figura celi reperitur.

Tercio. Naturam loci habentis convenienciam et proporcionem cum accidente de quo iudicare volueris sicut locus solis cum patre. et locus medij celi cum ingenijs et fidem dedi cum substancia nati

Secunda regula quam ponit Ptolomeus postquam in prima locutus est de statu et qualitate accidentis
hic loquitur de quantitate accidentis investiganda
et ait quod quantitatem accidentis de quo iudicare
proferre intendimus scilicet in bonitate vel malitia quam
significat simul tam vel parum de bonitate et
malitia investigabimus ex oribus et fortitu-
dinibus illorum tamen iam dictorum. considerando
scilicet utrum planete per quos iudicamus sint forte
sint debiles in mundo. et in nativitatibus. In
mundo autem dicuntur esse forciores cum sunt in lo-
cis propriis id est in suis dignitatibus essentia-
libus sicut triplicitas. domus. exaltacio. ter-
et facies. Et in locis similibus aliquis in eorum
natura sicut masculinos in signis masculinis
Et feminini in femininis et cum orientales a sole
aut aucti numero id est velocis cursus, et per opposi-
tum in mundo debiles esse dicuntur quando sunt in opposito
harum dignitatum sicut quando sunt in locis pere-
grinis id est in quibus nullam dignitatem habent vel
peregrinis sequentes. Sicut quando planeta est in suo
casu id est in opposito sue exaltacionis aut in suo
detrimento id est in opposito sue domus. Debiles
eciam dicuntur esse in mundo quando sunt in locis di-
ssimilibus id est non in sua natura sicut quando pla-
neta masculinus in signo feminino. et femi-
ninos

in masculino vel occidentales si sint de tribus su-
perioribus aut diminuti cursu et iste: ait Hali.
vocantur fortitudines et debilitates planetarum essen-
ciales. In nativitatibus vero forciores dicuntur
esse cum in angulis figure fuerit ac maxime in
ascendente vel decima et in succedentibus sic
secunda. quinta. octava. et undecima. Debiles vero
in nativitatibus dicuntur cum in cadentibus fue-
rint domibus sicut in tercia, sexta, nona, et duo-
decima. quarum peiores sunt sexta et duodecima
quia non habent aspectum ad ascendens, et iste
vocantur fortitudines et debilitates planetarum
accidentales de quibus omnibus meminisse opor-
tet que in introductorio meo et alchabitii
necnon in primo tractatu Ptolomei dicta
sunt.

Tercia regula est. de tempore futuri accide-
ntis investigando Et ait Ptolomeus quod vo-
lentes scire tempus. quando accidens futurum
sit de quo iudicare volumus, oportet respicere
planetas super accidens tale significantes
Et eorum in figura locos conspicere. quo se ha-
beant tam in respectu ad solem quam etiam ad ascendens.
Similiter an sint in angulis vel in ascendentibus
ad angulos tunc quando planete sunt occi-
dentales

Et matutinales a sole et ab ascendente vel in angulis tunc illud accidens veniet in tempore nativitati propinquo. Quando vero vespertinales a sole et ab ascendente vel in ascendentibus ad angulos. tunc veniet in tempore ab hora nativitatis remoto

Pro complemento aut huius regule intellecto sciendum est ut ait Ptolomeus in hoc loco et Haly in predicto tractatu et differentia Alchabitius dicta prima cum loquitur de esse circuli accidentali quod circulus signorum dividitur in partes que vocantur domus et omnes iste domus duodecim dividuntur in quatuor quartas quarum illa que est ab ascendente usque ad medium celi tenet domum duodecimam undecimam et decimam, dicitur orientalis matutinalis masculina in comparacione ad ascendens et ad solem puerilis sanguinea vernalis. Ideo cum planeta in hac quarta reperitur significat quod suum significatum non remote eveniet a nativitate.
Altera quarta huic per diametrum opposita que est a septima usque ad quartam continens sextam quintam et quartam etiam in respectu ascendentis oppositi et loca oppositi solis est matutinalis. Et ideo planete qui reperiuntur in his quartis sunt forciores quia in prima quarta reperiuntur orientales a sole similiter quando transeunt opposicionem solis quia, qualibet die plus fortificantur et appropinquant

directioni. Alie due quadre quarum una continet septimam octavam et nonam. Altera vero terciam secundam et ascendens sunt vespertinales et occidentales respectu ascendentis quam etiam solis
Notandum quod dixit Haly quod prolongacio et abreviacio futuri accidentis potest sciri a fortitudine et debilitate horum trium videlicet loci habentis similitudinem cum accidente de quo intendimus et dispositoris eius et signi in quo est dispositor est iste sunt tres regule generales per quas procedemus in tractando et iudicando de omnibus illis accidentibus supra propositis:

De parentibus nati quomodo in his iudicandum
Et primo de illorum statu sive condicione
Et de fortunio ac infortunio et exaltacione sive depressione eorum.
Similiter de longitudine et brevitate vite eorum Caput V.

Ait Ptolomeus quod incipientibus secundum propositum ordinem tractare de accidentibus superius enumeratis et primo de his que sunt ante nativitatem Inprimis de parentibus dicendum est scilicet de eorum qualitate et condicione fortunio et infortunio divitiis et paupertate longitudine et brevitate vite Et quoniam iuxta primam regulam superius tractatam cum volumus de aliquo accidente iudicare oportet primo invenire locum similem et convenientem

illi accidenti de quo iudicium dandum est. Et dis-
positorem loci et etiam signum in figura ubi est
dispositor illius loci. Ideo Ptolo: primo docet dis-
positorem et ait quod dispositor et significator pa-
trum est Sol et Saturnus. Matris vero Luna et
Venus. Dixit Hali quod Sol per naturam est
concors cum patre quia Sol est forcior et maior
causa et gracior creatrice. Et motus masculinus
est propter sperma viri s. Et quia Saturnus par-
ticipat cum sole in fortitudine. Et Haim quia est ma-
sculinus et diurnus sicut ille conveniunt ut quando
Sol non potest esse dispositor quia debilis. sit Satur-
nus proximus dispositor. Similiter Luna quia sequitur
Solem in gubernacione convenit ut concordet cum matribus
Et quia Venus participat in natura cum Luna con-
venit ut post Lunam ipsa super matrem significet

Regule de parentum Statu condicione et felicitate Sive fortunio et infortunio

Inventio dispositore primo secundo ait Ptolomeus nota
secundam regulam volentes equalitatem parentum declarare
quomodo iudicare debemus per illa tria posita in
secunda regula s. per naturam loci proporcionati parentibus
et naturam planete dispositoris et natura loci in
quo talis est planeta ponit quedam dicta

Primum dictum est. quod fortunium et infortunium pa-
rentum nec non regnum sive exaltacio ac depressio eorum
iudicatur ex loco ubi sunt dispositores significatores

parentes s. Sol et Luna in figura celi et per aspectum
seu configuracionem quam habent ad alias stellas
nam cum predicti planete utrinque a fortunis vel ab
illarum radiis qui fuerit ex eorum similitudine circun-
dante solem sint masculini Et circundantes Lunam
sint feminini aut in eodem signo aut in diversis
circundati fuerit. Ita quod unus planeta fortuna
sit ante et alter post vel radius unius ante et al-
ter post. Significabunt statum parentum egregium
fore quia ut ait Hali quando fortune circundant
aliquem planetarum virtus sua commiscetur cum virtute
fortune cum bono et honore Maxime dixit Ptolome-
us cum planete circundantes Solem matutinales fu-
erint. circundantes vero Lunam vespertinales quia
Lune virtus est occidentalis et omnis res fortifi-
catur suo simili. hinc enim quod dictum est signi-
ficabunt convenienciam notabat Hali quod si
obsessus a fortuna fuerit infortuna. Sicut Sa-
turnus argumentator in virtute sua quam sig-
nificat Et virtutes planetarum circundancium
temperant complexionem eius damnosam et cum hoc
poterit inde bonum evenire sicut si virtus obsessi
fuerit damnosa per siccitatem multum confert si vir-
tutes circundancium fuerit humide. Et si per sic-

humiditate

si ille fuerit homicide.

Secundu dictu. si loco solis atq lune saturnus
et venus dispositores seu significatores pariter
fuerit aspicere oportet in quo loco fuerit et si a
fortunis vel Marti cadijs utrinq tricendali fuerit
qui fuerint de suo Haim et cu hoc ecia orientta-
les fuerint in almugea sibi propria vel si fu-
erit in angulis manifestu fortunu parentu si-
gnificabat .s. saturnus patris et venus ipsa matris
Notandu quod almugea dr .i. intuitus et in po
et est dux .s. solis et lune. solis quidem est ut in
primo tractatu colligitur a ptolomeo. cu a sole
in planeta tot fuerint signa quot sunt a leone
in domo propria illius planete Et almugea
ad luna cu a planeta in luna sunt tot signa
secundu successione quot sunt domo secundaria plan
et signo cancri. Unde saturni almugea ad soli
est intuitus eius ad solem per 6 signa. quia per
6 signa distat leo a domo principali saturni.
Et almugea veneris ad luna est. est aspectus
seu intuitus per 3 signa quia a tauro ad cancro
sunt 3 signa
Sed contingit dubitare quia dicit Ptolomeus de
venere si est orientalis cu aliis condicionibus
iam dictis significare fortuniu in matre, et
tamen communiter volunt astrologi venere esse
forciore et mercuriu quando sunt occidentalis
.i. vesperi post occasu solis apparent

vel principalem

vel marinal.

Ad hoc respondet ex Hali in primo tractatu
circa fine super tercium ubi Ptolomeus tractat
de viribus planetaru quarum sunt forciores
Et dixit Ptolomeus universaliter de omnibus planetis
cu fuerint orientales et eoru motus proprius
augmentabitur erunt quia fortes esse poterant
cumq minuetur eoru motus occidentalesq
fuerint erunt debiles quantu esse possunt Et Ha-
li in comento dicit quod Ptolomeus tenet quod
omnes planete sunt maioris virtutis quando sunt
orientales quam quando sunt occidentales. quo-
niam eius virtutes super terram apparet anteq
vretos solis. tamen de venere et mercurio
si sint occidentales dum modo no sint retrog-
radi dicuntur occidentales fortes ait Hali secundum
opinione communitatis astrologoru.

Terciu dictu. quod sequitur ad predicta si lu-
na sint cursu vacua .i. nullu aspectu ad pla-
neta aliquem habeant et a nullis stellis cir-
cumdata sint parentu declinacione debili-
tatem. infelicitatem ac vilitatem significabunt
quod si etiam ad hoc concurrant planete concor-
des cu significatoribus principalibus sicut sa-
turnus qui post solem significat super patrem
et venus post luna super matrem eo magis pre-
dictu verificabitur. Sicut per oppositionem

quando principales significatores fuerint in bono statu
et significat quod parentes erunt in bono statu. Et si illi
qui sequuntur eos in disposicione et in significacione fuerint
in bono statu tanto magis augebitur bonum et honor illius
parentis cuius significator fuerit. V. g. ponamus quod sol significat
patri prosperitatem et honorem et si Saturnus se concor-
daverit cum hoc eodem non novabit solem dare prosperi-
tatem maximam et honorem ac nomen

Quartum dictum Si significatores parentum fuerint
circumdati a planetis qui non sint in eorum haiz quem-
admodum contingit cum Mars ascendit post solem et Satur-
nus post lunam nec aliqua fortuna aspexerit lumi-
naria nec eciam fortuna fuerit de suo haiz tunc ex
hoc misera parentum vita vilis et laboriosa Et eorum
destructio significatur. Notandum secundum Hali quod Mars
cum ascendit post solem facit orientem damnosam propter
magnam caliditatem et siccitatem Et Saturnus post
lunam facit eciam in occidente simili orientem dam-
nosam propter magnam frigiditatem cum humiditate

Regula de parentum diviciis et paupertate

Si pars fortune in nativitate fuerit concors cum pla-
netis et bono aspectu aspexerit. Circumdantibus si-
gnificatores parentum significat parentum divicias
post nativitatem filij non destruentur nec perdentur.
contra Ptolomeum mihi videtur quod in ista prima parte regule
subintelligitur quod planete circumdantes significato-
res parentum sint fortune propter aliam partem
que sequitur

que sequitur diversam ubi ait si circumdantes fuerint
infortune: Si vero non fuerit concors neque de hai-
m significatoribus contrarium significat videlicet quod
divicie parentum destruentur et perdentur.
At si pars fortune non fuerit concors sicut diximus
et contraria fuerit et non fuerit de haim signifi-
catoribus parentum. Nec planete fortune circumdederint
luminaria vel eciam si fortune circumdent lumina-
ria non novabunt divicie eorum parentibus immo facient
eis damnum donec remote et ablate sint ab eis
et ad magnam devenerint paupertatem et infortu-
nium. Notandum quod omnes iste regule tradite hor-
um de parentibus a Ptolomeo fundantur in ali-
quo illorum trium de quibus meminit in illa regula
generali Videlicet debes aspicere ad locum significato-
rum et ad planetam significatorem seu dispositorem
seu dominatorem loci significantis parentes et
ad locos ubi sunt dispositores et perconsequens
ad planetas dominantes in locis ubi sunt in figu-
ra tales dispositores. Et propterea alij astro-
logi qui volunt iudicare debent de statu parentum
per dominos triplicitatum et per alia multa
de quibus locuti sunt eorum dicta sunt mutata
in regulis Ptolomei

G

Regule de longitudine ac breuitate vite parentum et Primo vite matris

Ptolomeus ait quod longitudinem et breuitatem vite parentum cognoscere possumus ex uno trium super parentes significancium quorum unus est locus dispositoris alterius domus ipsius loci. Tercius locus ipsius domini Et horum potencior est locus significans super eos sive sit locus planete sicut locus solis in significacione parentum sive locus signi vt vndecima domus in magisteriis. Secundus in potencia est locus ipsius domini .s. significatoris et dispositoris cum ipso domino. Ex configuracionibus vero stellarum circa predicta tria parentum vitam ac [illegible] patris iudicabimus

Prima regula. postquam conspexeris quis significator sit patris .s. sol vel saturnus tunc aspice si iupiter et venus significatorem patris quicumque fuerit ex eis aspexerit quocumque aspectu. prolongabitur vita patris

Secunda regula Si vero fortuna predictorum aspexerit significatorem patris tamen Jupiter cum venere associetur aliqua configuracione .s. vel coniunctione vel aliquo aspectu apto sicut trino vel sextili Et sol cum Saturno etiam associentur ita quod similiter vel coniuncti vel trino aut sextili aspectu se aspexerint Et ambo .s. sol et saturnus potentes longam patris vitam significabunt. Si vero fortes non fuerint non iudicabimus quod vita patris erit longa. cum hoc tamen non iudicabimus propterea quod erit breuis nisi aliquid aliud indicet.

Tercia regula si predicta significancia longitudinis vite patris non apparuerint sed mars sit eleuatus super significatorem patris .s. solem vel saturnum vel eundem sequatur et hoc est qui vadit vt regat se cum eo. Vel saturnus non fuerit conveniens soli .v. non aspexerit solem aspectu benigno sed quadrato vel opposito vel si vtrique cadentes ab angulis significator debilitas patris et infirmitas corporis sui et per consequens vite breuitatem quia virtutis eius destruetur propter magnas infirmitates que ei occurrent.

Notandum secundum hali quod planeta altus dicitur qui vadit per motum equinoctii ad locum planete existentis sub eo. V. g. planeta qui fuerit in decima domo est eleuatus super illum qui est in nona

Quarta regula. Si sol et saturnus in angulis fuerint vel in succedentibus. Marte eleuato

Supra eos vel sequente eos et dictum est brevem
vitam parentum aut nocumentum significabunt
Nam cum in duobus primis angulis s. ascendente
et medio celi fuerint vite brevitatem indicabunt
cum vero in aliis duobus fuerint occidentibus Et angulis
[illegible] vel in locis succedentibus dicuntur nocere et im-
pedire Et cum preter hec eciam mars solem predicto
modo aspexerit s. de quarto vel opposito sic intelli-
gendum non sicut intelligit Hali quod mars sit
elevatus supra solem quia hoc iam subintelligitur
in regula alias non esset verum absolute dictum
Si sol et saturnus fuerint in angulis significant
brevitatem vite. Si igitur existente sole et satur-
no in succedentibus Marte elevato supra eos
vel sequente et saturnus solem non bono aspe-
ctu sed quarto aspexerit vel opposito et cum
hoc mars solem predicto aspectu aspexerit
pater subita morte migrabit aut in ipsis
corporibus impedimentum contingit. Si vero mars
saturnum aspexerit s. eodem aspectu malo
pro morte aut febrem cum tremore vel im-
pedimentum ex abscisione aut combustione futu-
rum. Rursus cum saturnus aspectus ad so-
lem fuerit malus occasione membrorum ex
humoribus nocivis accidentium morbus pro rot.
Lunit

Regule de vita Matris

Prima regula. Cum significator matris fortunatus
fuerit ita quod iupiter cum luna vel venere par-
ticipacionem habuerit in figura quocumque modo
si aspexerit iupiter lunam vel venerem quocumque aspe-
ctu vel ambo significatores matris concordes
in participacione amoris fuerint et quilibet
eorum in se potens, et veneris et luna concordes
fuerint, et se aspexerint de sextili aut trino aut
coniunctione aut utrique fortes vitam matris lon-
gam denunciat . Hic dubitat Hali si
complexio veneris cum complexione lune coniuncte
vetor confert multum humiditatis que dampnosa
foret. Respondet quod in luna est calor acci-
dentalis et natura veneris est circa natu-
ram iovis et ex ambabus fit una complexio
temperata. Adhuc dubitatur quare non fecit men-
cionem Ptolomeus de aspectu quarto vel oppo-
sito inter venerem et lunam respondet quia tales
aspectus sunt figure discordes Sed in coniunctione
volvuntur virtutes et tantum consentiunt quod ex eis
fit una virtus que descendit ad terram

Secunda regula Si mars lunam aspexerit vel
venerem secutus fuerit aut in opposito aspe-
ctu sive quarto cum eadem venere fuerit aut Satur-
Luni

saturni vel eius bona aspectu aliquo predictorum aspe
xerit si minuti cursu et retrogradi fuerint et ab
angulis cadentes mentes in morbos et egritudines
diuturni designabunt. Sed si aucti cursu fuerint
et directi, vel in angulis mea ista abreviabunt
aut eis impedimentum inferret. Abreviabunt
quidem eam in orientalibus angulis fuerint et in ascen
dente vel celi medio vel in ascendentibus ad eos
Impedimentum vero adducent eam in angulis occiden
talibus et septima et quarta vel in ascendentibus
ad ipsos fuerint quia quando mars bona aspexe
rit modo predicto scilicet de quarto vel opposito et ho
ra orientalis fuerit et quando fuerint in angulis
repentina mors matrum vel impedimentum sororum
se oculorum proveniet. Si vero fuerit occidentalis
et cadens ab angulis: sic exponit Hali: earum
mors ex abortibus vel similibus accidet aut
eveniet eis impedimentum racione incisionis et combu
stionis. Si vero Mars veneri aspexerit scilicet oppo
sito vel quarto aspectu. erit mentis mors per febres
et infirmitates ex obfuscacione visus contingentes
propter defluxum humorum ad eos Si aut Satur
nus bona aspexerit scilicet eisdem aspectibus mortem
vel egritudinem generabit in quo caso si bona
fuerint orientalis mors erit eam febre cum tre
[mors]

tremore. Si vero occidentalis mors erit propter apo
stema quod erit in matris ventre. per cancrum.
Notabat Hali. quod ex hiis que dixit Ptolomeus
de parentibus in bona et mala fortuna, longa
et brevi vita que sunt res contrarie extreme
dedit intelligere, quod quando invenies consigno
racionibus alias raciones inter eos per eas intelligeis
mediocres status parentum

Circa predicta. ponit Ptolomeus quas
dam conclusiones. Prima est

quod qui desiderat particularius scire spes im
pedimentorum ac infirmitatum seu mortis que
parentibus accidunt postque per dictas reglas
scivit quid accidet de bono vel de malo
oportet inspiciat signorum qualitates in quibus
stelle proprie qualitatis illius operantes invenir
entur et qualitates signorum de quibus loqui
mur quia dixit Hali quod etiam maneries est
dicta. Una est essencialis pertinens ad quodlibet
signum ex duodecim. Alia accidentalis pertinens
ad qualibet duodecim domorum

secunda
Tercia conclusio. quod oportet quod forma
tor significatorum partis in die. sumitur a sole
et a loco ubi est sol deinde a domino
seu dispositore loci ubi est sol et a loco in

quo talis dispositor fuit dominus in figura repitur
De nocte vero significacio patris Saturnus assumitur a Satur
no tribus illis modis nam sepe sepius repetitis
Matris vero significacio de die a luna. In
nocte vero a venere sumitur. Dubitatur ab
Hali cur de die in significacionibus mensis pocius
venus quam luna eligitur. Respondet quia
luna de nocte maiorem virtutem habet quam de
die, et venus è contra quoniam natura est propinquior
complexioni Jovis

Tercia conclusio. Si quis voluerit pro na:
tivitatem filiorum scire non solum que dicta
sunt de patre et matre sed eciam omnia
alia eorum accidencia tam universalia quam
particularia. Sicut fit passim in nativi
tate eorum sive patrum vel matrum. aspiciat locum
significatoris patrum et illum per tabulas direc:
tionis erigat in ascens Et sic omnes duo:
decim domos faciet figuram patris vel matris
Deinde collocabit planetas in figura et sic
fiet figura pro nativitate patris vel matris
In qua de omnibus eorum accidentibus iudi
cium proferri potest ut ipse ostendet in decimo capi:
tulo Sicut eciam ex nativitate patris potest
extrahi figura nativitatis filij et ex nativi
[tate]

fratis figura pro nativitate alterius fratris
Quarta conclusio. que est dicti generalis regula
est quod non solum in iudicio deferendo de parentibus
et quolibet accidente nati debemus aspicere signi:
ficatores predictos omnes, sicut locum signifi:
cantem eius seu planete significantibus res illa
et dispositorem predicti loci seu dominum et lo:
cum ubi talis est dispositor et per consequens
dominum loci ubi loci est talis dispositor.
Sed oportet virtutes planetarum significacium
eius admovis comparare. Et videre si fuerint
simul omnes unius effectus demonstrativi
aut contrarie, quod si contrarie fuerint tunc
ex planetis habentibus anthoritates super
ipsas eius debetque aspicere quis maiores antho:
ritates habuerit ex predictis quinque scilicet tripli:
citate, domo exaltacione termino apparicione
et solis affinitate et ab eo de futuro illo
accidente significacionem accipiet. Si vero
eorum anthoritates equales fuerint et alij
planete cum eis fuerint et vincit natura respe:
cto rei significande faciles ex comixtione ista:
rum naturarum differencium prevenietque ad no:
ticia rei. Si vero predicti planete fuerint di:
versarum naturarum et complexionis respecto

rei significande dabimus unicuique eorum s. planetarum
habencium auctoritates in significacione rei id quod
convenit rei scilicet tempus pertinens ad illud opus
et prius dabimus de hiis accidentibus ea que perti-
nent ad planetas matutinales et orientales poste-
rius vero ea que pertinent ad vespertinales debemus
enim planetam matutinalem preponere vespertinali
Super omnia tamen dicit Ptolomeus advertendum est
quod opera et effectus quos planete significant
sint concordes eo racione i. cum ascendente signifi-
cante vitam quia si ascendens significaverit
mortem domini sui cito et alter planeta corro-
gium vel filios qui longiori tempore quam duret
vita significacio illa nulla erit. Ideo oportet
ut assimiletur principio et cum illo participet.

Quinta conclusio tempora quidem futurorum
accidencium non scies ex prima disposicione i. sig-
nificacione rei i. a significatore rem signifi-
cante. Sed oportet comparare talem significatorem
et planetam ad solem et ad angulos mundi et
ex hoc scies quando erit illa futura sicut et
superius eciam dixerat Ptolomeus.

De fratribus et sororibus s. de eorum numero an
multi vel pauci. de illorum felicitate potencia et exal-
tacione ac de impotencia imbecillitate depresione et
infelicitate atque miseria et de eorum vita longa vel
vel brevi Et an masculi vel femine fient.

Et an se adinvicem diligent vel odio habebunt.

Caput sextum

Regule de numero eorum an multi vel pauci

In quinto capite tercii capitulum quadripartiti Ptolo:
Si quis numerum fratrum nati qui sunt eiusdem matris
scire voluerit iuxta regulas generales supra tra-
ditas oportet primo inspicere ad locum circuli si-
gnorum seu significatoris significatorem fratrum qui sunt
eiusdem matris. est autem talis locus naturalis eorum
fratrum qui sunt eiusdem matris significans locus
medii celi aut locus matris. Dico autem locum matris
in quo venus de die luna vero de nocte fuerit.
Notabat in hac parte hali quod sicut per lo-
cum medii celi et per locum matris qui in constitu-
cione figure matris fuit ascendens iudicamus
quot sint fratres uterini matris. Ita per signum
medii celi et per id quod erit ascendens patris
i. per locum patris qui est locus solis de die
et saturni de nocte iudicamus de numero
fratrum qui sunt uterini patris
Amplius notabat quod merito Ptolomeus
dixit quod locus naturalis fratrum est locus
medii celi aut matris volens significare quod
hoc concordat cum scientia naturali quoniam locus
medii celi habet participacionem cum ascendente
sicut habet frater cum fratribus suis et loca parentum

cum ascendente filiorum suorum. Ideo locus medij celi habet participacionem cum significatoribus fratrum et loca patris participacionem habent naturaliter cum fratribus qui sunt illius patris. Deinde dixit Ptolomeus quod non solum signum decimum domus sed eciam undecimum erit locus significativus fratrum. Racio est tamen signum decime et undecime locus: sunt quo res filiorum unius matris [illegible]. non tamen sunt hec duo loca matris sed loca per que possumus scire negocium filiorum qui sunt unius matris. Nam loca matris sunt de die locus veneris et de nocte locus lune.

Notabat Hali quod sicut signum medij celi et undecime sunt loca per que scire possumus negocium filiorum qui sunt unius matris Ita quartum signum et quintum sunt loca per que scire possumus negocium filiorum qui sunt unius patris Et sicut coniungendo decimam et undecimam cum loco matris que est venus de die et luna de nocte poterimus scire de fratribus qui sunt eiusdem matris Ita coniungendo quartam et quintam cum loco patris qui est sol de die et saturnus de nocte poterimus scire de fratribus qui sunt eiusdem patris nisi dixerit Ptolomeus. Amplius notabat Hali quod ex his Ptolomei verbis colligendo tria loca significancia fratres s. decimam undecimam et locum matris et

et aplicando regulam superius generalem de tribus considerandis in qualitate cuiuslibet accidentis s. locum significantem super accidens seu significatoris accidentis quia aliquando ultra locum est significator sicut locus solis significat super patrem et eciam Sol ipse et dispositorem loci illius. Et locum in quo est dispositor In figura aut novem consideranda in negocio fratrum

Prima regula Si loco significanti fratres planete que fortune sunt in figura associentur. i. vel corporali coniunctione vel aspectu aliquo aspexerint locum illum significabitur quod multos fratres habebit. numerus vero fratrum quot donat scietur per numerum planetarum fortunatorum. Nam si fuerint in signo unius imaginis tribuunt fratrem unum non duplicabitur virtus eorum. Si vero fuerint in signis duorum corporum dabunt duos fratres quia duplicatur virtus eorum. Et dixit Hali quia planeta operans in hoc est dispositor i. ille qui habet plures dignitates in loco significante ut dictum est per regulam generalem et per locum intellige quemlibet ex novem predictis.

Secunda regula. Si super locum significantem fratres planete qui sunt infortune elevati fuerint vel cum ex oppositione aspexerint paucitatem fratrum

indicabunt

Dixit Hali fres mollos sed prima lecto melior
Maxime aut si sol cum eis extiterit. Si vero in
anglis infortune fuerint et proprie in ascendente
et planeta qui fuerit in uno horum locorum fue-
rit saturnus nocebit fratribus maioribus. Si vero
mars minorum fratrum numerum per mortem abre-
viabit. Notandum Primo secundum Hali quod ideo
existente infortuna in angulo maius dampnum
significat quia manet in loco maiorem vim haben-
te. Et eciam propterea quod decimam domum tunc
vel de quarto vel de opposito aspiciet.
Secundo notandum quod non solum de saturno et
Marte intellige quod dictum est sed eciam de mer-
curio si commixtionem habuerit cum infortunis
et eciam de sole
Tercio notandum quod sicut dictum est de infortu-
nis Ita intelligas de fortunis quod si fuerint
in anglis bonis quod proveniunt habebunt
maiorem vim et Jupiter significat fres ma-
iores. Venus vero minores Et quod dictum est
de fortunis intellige eciam de Mercurio si cum
illis commixtionem habebit. Nam mercurius cum bo-
nis bonos cum malis vero pessimos.
Quarto notandum quod planete matutinales
significant fres maiores vespertinales vero
minores.

Quinto notandum quod Ptolomeus mirabiliter
semper nobis demonstrat quodlibet contrarium
in suo capite. et inde extrahamus que sunt medio-
cria per regulas generales quas nobis dedit sicut
hic primo dixit De planetis fortunatis quomodo
fres significant et infortunati defectum fra-
trum. Si modo utrique fortuna et infortuna
habentes participacionem cum ipsis locis rerum si-
gnificantibus tunc ut recte iudicium proferatur
aspiciemus quis eorum sit maioris fortitudinis
et iudicabimus secundum illum Alter vero planeta
contrarius eius addet vel minuet in illo si-
gnificato.

Regula de statu seu condicione fratrum puta de nobilitate et ualore ac laude et de eorum vilitate ac ignominia et abiectione

Si planete qui sunt datores fratrum sunt in bono
statu in nativitate et sint in angulis vel suc-
cedentibus fres potentes et exaltatos ac magne
laudis significant. Si vero contrarium imbe-
cilles erunt et impotentes ac viles. dixit Hali
quod planete dantes fres sunt fortune.

Regula de vita fratrum

Si planete infortune elevantur super datores
fratrum aut sequantur eos fres erunt modice
ac brevis vite. Ergo per contrarium si for-
tune participacionem habuerint cum locis fratrum

et fuerit super alios elevate fratribus longe vite erunt. Notandum secundum Hali quod planete qui elevantur sunt illi qui vadunt per motum firmamenti ad aliorum locum. et planete qui sequuntur alios sunt qui vadunt et iungant se cum aliis. Et potest intelligi quod planete qui elevantur sunt illi qui per fortitudinem alios vincunt

Regula an fratres deberent esse masculini aut feminini .i. sorores

Planete masculini in se et in situ mundi et in signis celi sunt datores masculorum. qui vero sunt feminini in se et in situ mundi sunt datores feminarum Et orientales planete primos largiuntur fratres occidentales postremos. Notabat Hali quod si sit planeta masculinus in se et femininus secundum eius situm in mundo vel econtra tunc oportet iudicare secundum virtutem illius qui habuerit maiores posse et fuerit plurium dignitatum.

Regula de amore et amicitia fratrum mutua similiter de odio et inimicitia

Si planete .s. fortune qui dant fratres habuerint participacionem convenientem .s. vel per coniunctionem vel per aspectum cum decima domo vel loco ma- fris significabunt amorem et mutuam fratrum amicitiam. et si cum parte fortune concordiam habuerint significabunt societatem inter eos in suis rebus

suis rebus

in suis rebus et substantia. Si vero fuerint in signis nullam ad invicem societatem habentibus vel sint contrarium eius quod diximus .i. quod associentur societate convenienti signo significanti rem fratrum. Significabunt fratrum inter se voluntatem discordem et inimicitiam et odium et malevolentiam ac deceptionem inter eos quam .s. unus habebit cum altero. Ponit Ptolomeus conclusionem tandem unam dicens si quis cetera que dicta sunt de fratribus scire desideraverit particulares alias fratrum: erigat pro ascendente planetam dantem fratres .i. locum planete dantis fratres Et ex illo alias domos constituat iuxta tabulas directionum et ita sciet omnes eorum res sicut si esset solemnis nativitatis figura

De his que iudicantur in hora partus de nato Et primo de sexu natorum an .s. erunt masculini vel feminini Caput septimum

Dixit Ptolomeus capitulo sexto tertii quadripartiti postquam de his accidentibus que precedunt nativitatem sicut de parentibus et de his que partum precedunt partum sequuntur sicut de fratribus locuti sumus quomodo debet astrologus iudicare nunc de his que hora partus nato contingunt dicemus et primo de natis an sint masculi vel femine quod ante predicere possumus. Dicit ergo Ptolomeus

H

quod proferre iudicium de nato an erit masculus vel
femina non est unius consideracionis nec ab una
et sola sumendum sed oportet ab ambobus lumina:
ribus accipere secundum situm eorum in mundo et in cir:
culo signorum et in figura celi et ab ascendente
et a planetis plures dignitates habentibus
in locis luminarium et in ascendente. pos
Positis locis unde debemus prenosticare de sexu na:
torum que sunt tria scilicet locus solis. locus lune
et ascendens dixit Ptolomeus quod licet hoc
ex qualitate qua hora casus spermatis fuit
proprie dependeat in universali tamen per qua:
litates hora nativitatis apparentes hoc indica:
bunt propter participacionem quam habet principium
istud cum primo in quo ponit talem regulam
Si tria loca predicta Masculina fuerint. Et
planete ipsa disponentes scilicet dominantes i. plu:
res dignitates in illis habentes secundum nume:
rum illarum quinque dignitatum (de quibus supra)
eciam masculini fuerint in se vel per eorum situm
in mundo et in circulo signorum vel hora na:
tivitatis et in figura nativitatis. aut invene:
rimus maiorem partem istorum vel illos qui
maiores posse habent masculinos iudicabis quod
natus erit masculus. Et si eos inveneris
femininos aut maiorem partem eorum vel eos

qui maiores posse habent iudicabis quod natus erit
femina. Ultimo in hoc capitulo advertebat
Ptolomeus dicens oportet quod scias distinguere
que loca ex tribus iam dictis sint masculina
et feminina. Similiter qui planete sive dispositto:
res ex eis sint masculini et qui feminini ex
hiis que diximus in prima parte libri in qua de:
monstratum est que signa sint masculina et
que feminina. Similiter qui planete sint mascu:
lini et qui feminini diximus enim esse mascu:
linos vel femininos ex naturis signorum
in quibus fuerint nam sunt masculini qui
fuerint in locis masculinis et feminini qui
in femininis. Sunt eciam masculini et femi:
nini ex natura propria et sunt eciam
tales ex eorum qualitatibus respectu mundi
nam orientales sunt masculini occidenta:
les vero feminini. Et ex eorum qualitatibus
respectu solis nam cum sunt matutinales
sunt masculini cum vespertinales feminini.
Ex hiis igitur vide qui sexus in nativitate
magis vincit et secundum illum iudica.
Hali dixit quod si ambe nature scilicet ambo
sexus fuerint equales scilicet in potencia in
nativitate. Iudicabis quod natus ille

quod natus ille erit de duabus naturis comixtis ·i·
hermofrodita erit

De gemellis an nascentur gemini necne Caput octavum

Docet Ptolomeus Primo a quibus locis sumē-
da est significacio geminorū. Dixit Ptolomeus
capitulo septimo tercij quadripartiti quod volētes
scire an mulier pepererit gemellos oportet inspi-
cere tria loca videlicet locum lune. locum solis
et ascendens ab his enim locis accipit Ptolomeus
significacionem numeri filiorum quod mulier
concipere habeat dixit Hali quod mulier pariat
geminos sepe accidit. Sed quod plures duos raro
fuit tamen quedam mulier que peperit sex et
quedam duodecim et omnes obiere. Hinc sequitur
regula.

Prima regula. Si duo loca vel tria dictorum
fuerint signa duorum corporum et eciam cum hoc ali-
qui dispositorum sint in signis duorum corporum
nati erunt plures unus. Hic est locus diffici-
lis in dicto ptolomei

Secunda regula. Et ponitur ab Hali
Si unus ex predictis locis sit signum duorum
corporum et dispositores aliorum in signis duo-
rum corporum erunt nati similiter plures unus

Tercia regula. Et ponitur ab eodem Hali.
Si omnia tria loca sint signa duorum corpo-
rum et eorum gubernatores sint duo planete

vel quod sint in signis duorum corporum nati erunt
plures duo tandem dixit Hali si ille qui maioris
posse habet sit duo nati erunt gemini Et si
fuerit maioris posse erunt tres nati adhuc
dixit Hali quod si cuilibet natorum ponas ascendens
per se a planetis qui illud significaverint fa-
cis de quolibet sicut per ascendens sue nativitatis

Quarta regula. Si loca tria predicta ·s· solis
lune et ascendens sint signa duorum corporum et quod-
libet eorum habeat participacionem vel aspectum
in figura. cum plures uno planeta nati erunt
plures duo

Quinta regula eiusdem. Si planeta disponens
loca predicta fuerit de natura copandi duas
res diversas sicut est Mercurius quando
applicuerit ei plures duo planete vel fuerit
in signo duorum corporum adauget numerum
natorum

De sexu geminorū an Masculi omnes vel femine vel quidam eorū masculi quidam femine

Regula sexta. Si vis scire geminorum vel
plurium natorum sexus respice planetas habentes
participaciones: vel associentur forte iudicio
meo intelligit i· aspiciat cum sole et luna
et ascendente i· disponentes vel aspexerint
s· aliquo aspectu in figura habile virili quod:

generacione masculorum et feminarum quando fuerint in signis duorum corporum si fuerint masculini significant masculos si feminini feminas. si mixti mixtos.

Septima regula

Si tria loca iam dicta non fuerint natura duorum corporum sed tantummodo duo sint duorum corporum et fuit ascendens signo medij celi quod si fuerit duorum corporum mater vel plurimi generabit duos vel plures. Sidusque planetas dispositores cum quibus coniunguntur. Racio est dixit Hali quia raro accidit quod natura decime domus sit alterius nature quam ascendentis. Nota. quod in tractatu Ptolomei non est illa particula sed duo tantum sint duorum corporum.

octaua regula

Si in partu nascuntur tres masculi quod raro contingit quod mulier plures quam duo pariat. Et si contingit dixit Hali non videt oportet quod tria loca iam dicta sint duorum corporum et masculina et quod sint domini horum trium locorum ♄ ♃ et ♂ et quod ipsi similiter sint in signis masculinis duorum corporum. Si vero omnes tres qui nascuntur sint femine conuenit ut sint tria loca duorum corporum et feminina et quod sint domini trium locorum ♀ ☽ et ☿ ipsi femininis in signis duorum corporum femininis. Si autem duo fuerint masculi et una

femina conuenit ut sint tria loca duorum corporum. duo tamen masculina et vnum femininum et quod sint domini horum locorum ♄ ♃ et ♀ Et ipsa ♀ in signo duorum corporum feminino et ♄ et ♃ in signis duorum corporum masculinis.

Si vero due nascantur femine et vnus masculus. conuenit ut sit tria loca duorum corporum et eorum duo feminina et vnum masculinum et quod sint eorum domini ♀ ☽ et ♂ existente luna et venere in signis duorum corporum femininis et ♂ in signo duorum corporum masculino. Notabat Hali quod nihil dixit Ptolomeus de coniunctione saturni veneris et lune quia frigiditas et humiditas vim eorum habetur in hac complexione et haberet propterea mori. Dixit tamen Ptolomeus De his qui generantur plures quam duo sicut tres aut plures. ut non perficiantur et si nascantur aut moriantur aut impedimenta quedam corpori accidat et ipsius eciam quibusdam membris Et ita hoc fit ante natiuitatem vel hora natiuitatis vel statim post natiuitatem. Racionem huius dicti preoptime assignabat Hali in commento dicens quoniam in natiuitate trium masculorum infortune plures sunt quam fortune. In natiuitate

tum feminarum vincit complexio multum frigida et damnosa super complexione temperata quia ☽ ♀ et ☿ existentes feminini faciunt complexionem multum frigidam et damnosam. In nativitate duorum masculorum et unius femine ♄ et ♂ habent participacionem cum fortunis. Ideo oportet quod pro maiori parte moriatur vel quod accidat eis damnacio membrorum.

De monstris idest de figura nati an scilicet natus sit humane figure an non et si facture perfecte an non Capitulum nonum

Postquam de pluralitate natorum dictum est quoniam tamen cum pluribus nascatur quam duo Hanc namque permutatam et sunt monstra. Ideo loquendum de monstruosis natorum figuris In quibus Ptolomeus ponit regulam dicens.

Quando duo luminaria in nativitatis figura sunt cadencia ab ascendente ita quod sint in duodecima et sexta vel nullum habeant aspectum ad ascendens quod evenit quando sunt in duodecima et sexta quia In tercia et nona aspiciunt ascendens. et infortune potentes sint in angulis significat quod natus erit permutate figure et dicit quoque Ptolomeus quod quando in nativitatibus talis disposicio luminarium moritur aut nascitur et dictum est permutate

permutate figure facture aut nascitur viles miseri in quibus vincit paupertas et exulacio de uno loco in alium aut utroque scilicet paupertas et monstruositas

Secunda regula. Quoniam predicta disposicio ut dictum est non semper monstruositatis figuram significat. Ideo ponitur alia regula in hoc et est quod volentes scire an natus sit monstruose figure oportet inspicere quod res videlicet locum coniunctionis vel prevencionis nativitatem inmediate precedentis et eius loci dispositorem. Secundum est loca luminarium et Morum dispositores. Tercium locum ascendentis Et eius dispositorem. Nam si loca talium dispositorum et locus lune vel ascendentis fuerint sive omnia sive maior pars eorum non aspexerint locum coniunctionis vel prevencionis. erit natus forme monstruose Dicit Hali quod si cum hoc quod dictum est in ista regula acciderit quod infortune potentes sint in angulis et ambo luminaria ab ascendente cadencia vel saltem non aspiciencia. Natus erit pro certo permutate figure Ita quod non erit humane et si aliqua harum tamen fuerit hoc modo natus erit homo sed erit permutate figure.

Tercia regula. Si que dicta sunt in secunda regula

sic fuerit et significaverint quod natus erit permutate figure et acciderit cum hoc quod sol et luna sint in signis quadrupedibus et feralibus et planete infortune in angulis fuerit natus non erit ex hominibus sed erit aliqua fera bestia tamen domestica et addit quod si nulla fortunarum cum luminaribus testimonium habuerit sed pauce infortune natus erit animal non domesticum de natura silvestris nocitis. Si vero Jupiter aut venus que sunt fortune testificentur luminaribus natus erit licet erit animal irrationale tamen erit domesticum ut sunt canes et similia. Et si cum hoc testificabitur Mercurius erit natus de animalibus de quibus homines sibi serviunt ut galline capre vacce similes pecudes et similia Et dixit Hali quod per figuras stellarum que sunt cum luminaribus potest intelligi speciem aliam nati si figura stellarum fuerit de stellis que dicuntur galina illud animal erit galina vel alia talis avis. Si fuerit luminaria cum figura que dicitur serpens animal illud erit de reptilibus et sic de aliis.

Quarta regula. Dicit Ptolomeus quod si figure planetarum hora nativitatis fuerint eomodo quo dictum est quod significant figurarum nati permutatam. Sed luminaria non fuerit in signis ferealibus sed in signis quorud

Imagines sunt hominis etc. in signis figurarum humanarum natus erit homo vel assimilatus homini tamen erit monstruose et permutate figure dixit Hali exemplificando circa hoc quod ipse vidit multos natos esse sine pedibus alios sine manibus alios sine auribus et quod vidit natum cui non videbatur aliquod membrum nisi foramen unum per quod recipiebat cibum. Et aliud naturale per quod ejiciebat eum. Et talis natus faciebat multa signa per que dabat intelligi futura.

Amplius dixit Hali non te lateat quod permutationes figurarum possunt esse multis modis. Aliqui non possunt se sustinere sub duobus pedibus aliqui habent caput planum aut oculos clausos et similia.

Amplius Hali epilogat dicta Ptolomei in hoc capitulo dicens. Hoc sciendum ex Ptolomeo breviter quod quum luminaria fuerit ab ascendente cadentia vel ipsum non aspexerit et infortune potentes in angulis fuerit et dispositor coniunctionis vel preventionis nativitatem immediate precedentis nativitatem et dispositor luminarium et locus lune et locus ascendentis non aspexerit eorum aliquis locum coniunctionis vel preventionis vel maior pars eorum natus

[Epilogus regule prime]

permotate forme et monstruose. postea si volumus sc-
re cuiusmodi animal est. aspiciemus loca duorum
luminarium et si fuerint in signis figurarum huma-
narum natus erit homo monstruosus. si in signis alia-
rum figurarum natus erit illius generis.

Quinta regula. De sciendo que membra sit permutata

Ait Ptolomeus quando sciveris quod natus ho
est figure permotate qui inveneris luminaria
in signis humanis tunc aspicies figuram signorum
in qua fuerit infortune que sunt potentes super
luminaria vel super angulos et per hoc scientis
que membra sunt permotata. V.g. Si fuerit in
signis quadrupedibus scietis quod natus habebit
plus quam duos pedes vel erunt pedes eius alio
modo quam aliorum hominum similes et corporis sim-
Dixit Hali quod ex hoc Ptolomeus docuit nos
quod quando infortune fuerint appodiate de lu-
minaribus et ipsa cadentia vel aspectus non
aspicientia natus erit permotate figure

Sexta regula

quando scies quod natus est ho
permotatus aspicies similiter si inveneris
aliquam fortunarum testificantem ascendenti nec
luminaribus natus erit complete permota-
tus. Et Hali ait se audivisse a narrantibus
eos vidisse natos qui vaccis assilabantur

vel precedentibus. Sed si Jupiter vel venus testifi-
cantur ascendenti vel luminaribus duobus licet
natus sit ho permotatus tamen erit honoratus
et erit homo qui loquetur in legibus et prophe-
tabit multa. et erit forma pertinentis ad mer-
curium et venerem qui dicitur hermofroditus et
loquetur de rebus occultis et futuris et dicet
res futuras pro una certitudine que venit
sibi in voluntate. Dixit Hali quod talis ho
augurabit per verba ac res. In nubes in-
telliget et in aqua. et in membris anima-
lium et alia multa que sciebant sapientes
de egipto

Septima regula

. Si in hoc nato qui est ho
permotate figure Mercurius est existens for-
tunatus testificetur: in nativitate ascendenti
et luminaribus et locis luminarium erit
talis natus huius figure permotate homi-
num nitpeos et ex hoc lucrabitur suum
cibum et erit surdus et absque dentibus tamen
in rebus aliis erit bonorum morum intelle-
ctus boni et consilii. Vel ut altera textus
habet erit subdolus ac deceptor

De his qui non creuerunt s. an natus gustabit cibu et nutriet² seu viuet an no Cap. X

Hali dixit quod merito caput hoc precedens sequitur. quia
multi eorum qui nascuntur permutati moriuntur eadem
hora propter vim infortunarum in eorum nativitate.
Ptolomeus tamen dicebat quod sermo de his qui
non creverunt est reliquum ex illis que que inqui-
renda videbantur nativitatis hora et quod
sermo iste est coniunctus cum sermone de vita
et etiam differentes i. diversus ab eo. diversus
quidem est a sermone de vita non est quia sermo
de vita non est nisi in his qui vitam senserunt
et hi sunt qui saltem una solari circuitione vel plus
vivunt i. saltem uno anno sicut vixit meus primus
filius qui vixit annum unum et mensem unum
Deinde obiit propter pestem licet etiam constellata
ad illud significatorumque quae habebat in sua figura
nativitatis malarum. pro secundo anno signum cen-
tarum profectionis et directionis annuale erat ♑
cuius dominus erat ♄ qui in figura nativi-
tatis erat in duodecima infortunatus ad hoc quia
etiam. revolutio sua annua consensit ego enim in
eo anno habebam martem in domo filiorum et
sic occidit mihi filium meum charissimum. cuius
nomen erat franciscus iacobus qui ivit cito ad
angelos celi et dimisit me heroli huius miserabilis.

Redeundo tamen unde divertimus. dicemus quod ser-
mo de his qui non creverunt est separatus ab his
qui vitam habent sicut sunt hi quorum non est mi-
nor spacio unius anni, videtur vero esse coniunctus
his qui vitam habent in potentia. sunt quidam qui
vitam habent que est in potentia. Et hi sunt qui non
perveniunt ad annum sed vivunt aut mensibus aut
diebus aut saltem horas sicut vixit alter filius
meus. saltem viginti diebus fuerat enim conceptus
in tempore quo pestifer et pravus aer regna-
bat, Unde mater eiecit eum in septimo mense. Unde
nec completus erat in tempore neque fortis,
quare statim ab aere infecto oppressus periit
in nomine domini. Illi vero qui non creverunt de quibus
loquitur nunc sermo, sunt qui nec cibum sumpserunt
sunt qui ad nullum predictorum temporum pervene-
runt sed statim postquam nati sunt moriuntur propter
magnum et malum nocumentum quod fortificatur
in eorum nativitate in locis principalibus.
Quare sermo de vita multas habet partes. Ser-
mo autem de his qui non creverunt unum tantum
in quo ponuntur regule

Prima regla · Cum aliquod luminarium fuerit
in aliquo angulorum et ei associetur i. coniuncta
fuerit per corporalem coniunctionem aliqua infor-
tunarum s. ut mars vel saturnus. tamen in lon-
gitudine quam in latitudine iuncta fuerit vel fu-
erit in figura equiceria i. aliquo aspectu
aspexerit et nulla fortunarum ei associetur

In figura .i. cū luminari coniuncta fuerit aut aspexerit
et cū hoc eciam dispositor loci luminaris talis se habuerit
.i. planeta habens plures auctoritates in eo loco sit in
locis infortunarū .i. in domo alicuius infortune aut tri-
plicitate aut exaltaciōe aut quod ex tali loco aspiciat
infortunā. natus nō vivet nec cibō aspiciet sed statim
cum natus fuerit morietur. Notabat hali quod Pto-
lomeus dix de planeta aspiciente luminare et dixit
aut sit in figura equicruria .i. in isoceli triangulo
quia imaginamur a luminari ad planetam duci
unā lineam. duas vero ab ambobus ad centrū
terre et si quid triangulus.

Secunda regula. Si luminarium aliquod fuerit
in aliquo angulorū et planeta qui est infortuna
nō associetur ei in longitudine et latitudīe nec sit
cum illo in figura equicruria ut dictū est in pria
regla. sed in proiectione radiorū infortunarū ad
ipsum ascēns fuerintque infortunatores duo infortu-
nantes alterū vel utrumque luminare ascendentes
.i. euntes et ponentes se in angulo ubi fuerit lu-
minare. aut si fuerit infortunatores in eius
vel eorū oppoite .i. luminarium vel si una infor-
tunarū infortunaverit alterum luminare per oppo-
ne. altera vero ascenderit ad locū luminaris
talis constellacio significat natū vitā omnino
nō habiturū. Racio est dixit Ptolomeus quia
maximū nocumētū quod est in tali cōstellacione

in tali constellacione destruit profectū qui provenit
ex longitudine loci .i. infortune ascendentis ad lo-
cum luminaris in spacio vite. Deinde Ptolomeus
exprimit que est infortuna impediens atque damnās
solem et que lunā. Et ait quod in predicta cōstella-
cione ex infortunis que fuit in loco qui ascendit ad
locū solis impediens et damnās solem dicitur esse
mars saturnus vero lunā. sed qui infortune dānat
luminaria per oppositionē vel cū ad ipsam ascē-
derit contingit contrarium solem et cū saturnus
lunā vero mars impedit. et maxīe hec eveniūt
nocumenta cū predicte infortune cū hoc quod sint
nocentes luminaribus ut dictū est fuerit disposi-
tores et dominantes locis luminariū et ascendētis
Ita ego regulam istam Ptolomei intelligo dicat
quicquid vellit Hali

Tercia regula de his qui mortui vel semivivi nascūtur

Si aliquod luminarium duas oppositiones habuerit .i.
ab infortunis fueritque luminaria et infortune in an-
gulis vel in equicruria figura mortui vel semi-
mortui nascuntur infantes. Et hic dixit Hali p-
finitur sermo de his qui vitam nō recipiunt et mo-
riuntur hora qua nascūtur

Quarta regula. Et est de his qui vivūt minus
quā circulo solis .i. per annū sed aut mēses
aut menses aut dies aut horas.

Si luminaria et infortune fuerint in angulis
et fuerint luminaria separata .i. ab infortunis

per aliquam fortunarum vel fuerit in figura ei .s. fortune associate .s. per aspectum et peruenerint radij infortunarum ad precedentes partes .i. gradus sui natus viuet. secundum numerum graduum qui sunt inter luminare quod est hilech et radios propioris infortune Et si nocumentum infortune est multum forte illi gradus significant horas si mediocre erunt dies. si debilibus erunt menses. Dixit Hali quod Ptolomeus propalauit nobis quod luminare in quo aspicere oportet in hiis est illud quod eorum fuerit hileg. Unde habes quod sol et luna possunt esse hileg

Quinta regula. Si in predicta constellacione radij infortunarum ad precedentes partes luminarium fortunarum vero ad sequentes peruenerint hoc est quod luminaria sint separata ab infortunis et vadant versus fortunas natus recipiet cibum et viuet. Notandum secundum Hali quod tamen in circulo signorum quam in domibus figure partes precedentes vocantur qui secundum numerum sunt priores. Sicut v. g. piscis precedit ariete et aries taurum Et sic primus gradus arietis precedit secundum et secundus tercium et nona domus precedit decimam et decima undecima partes vero que sequuntur ex dictis iam patent luminare autem vadit semper a partibus

precedentibus ad sequentes quia ab ariete in taurum et a tauro in gemini et sic successiue et a primo gradu arietis in secundum et a secundo in tercium et sic de alijs. Ergo si radij infortunarum peruenerit ad partes precedentes. fortunarum vero ad sequentes significatur quod luminare separatur ab infortunis et vadit versus fortunas.

Sexta regula In predicta constellacione si infortune eleuantur super fortunas in figura .i. forciores fuerint fortunis que associant luminare et dant vitam significatur quod natus erit misere qualitatis .i. condicionis et imbecillis .i. infirme composicionis et complexionis Si vero fortune eleuabuntur .i. forciores erunt quam infortune licet natus non fuerit imbecillis. tamen sui parentes ipsum non nutrient sed alij. Sed si alta fortunarum cum luna parit numeratur .i. sit in parte orientali. et habuerit luna cum ipsa participacionem et alta infortunarum occidat .i. sit in illius opposicione in occidente natus a parentibus nutrietur.

Septima regula Si luminare fuerit infortunatum in angulo occidentis vel illud aspexerit aliqua infortuna ab angulo occidentis

in q̄rta vel opposicione creatura semiviva nascetur
vel in forma frusti carnis aut imperfecte creacio:
nis et diminutus in membris suis et si aliqua
infortuna elevabit et dominabitur super aliquod
luminare existens in occidente non vivet tempora:
tus nec vitam habebit.
Iste sunt regule Ptolomei sed si desideras aliorum
regulas vide Hali Habenragel et albuba:
terum capite nono sui libri de nativitatibus
Et antonium de montolmo capite tercio quo:
rum omnia dicta sunt extracta ex dictis Pto:
lomei et regule eorum continentur in regulis Pto:
lomei. Nos autem quia in hoc libro non intendimus
nisi Ptolomeum dilucidare solummodo regulas
ab eo positas manifestamus.

De nati accidentibus que post nativitatem iudicanda veniunt et primo de spacio vite caput undecimum.

Astrologorum ille subtilissimus Ptolomeus tercio
quadripartiti capite decimo dixit quod ex acci:
dentibus que post partum contingunt primum de
quo sermo est habendus est vite spacio
quemadmodum periodum appellavit aristoteles
secundo de generacione cum dixit quod aliqui homines
habent periodum maiorem aliqui vero minorem

in sequentibus demonstrabitur. Nam qui primum
reliqua nato futura in vita contingencia pertra:
ctat. in derisionem magnam incidit nato non perve:
niente ad tot vite annos quibus illa fieri possunt
que autem sint post partum que nato contingunt acci:
dencia in superioribus dictum est, sicut sanitas,
et infirmitas, animi inclinacio, honor, magiste:
rium, filii, coniugium et reliqua, perscrutacio tamen
de vite quantitate dicit Ptolomeus non levis
est neque clara sed abscondita et difficilis propter
opinionum diversitatem in uno tantum convenien:
cium scilicet quod iudicant de vite spacio quod accipi:
tur et deprehenditur ex potestatibus locorum do:
minancium et principalium in nativitate.
Modi tamen in hoc procedendi a diversis diversi
tractantur. Modus tamen Ptolomei est qui secundum
viam naturalem procedit qui modus ex direc:
cione loci hylegii et eorum planetarum qui su:
per hylegium potestatem habent et qui dispositio:
res sunt locorum hylegiorum. Similiter ex locis inter:
ficiencium stellarum consideratur. Itaque quod con:
venit ut sit quantitas vite tanta quanta est
inter has duas raciones scilicet locum hylegii et inter:
fectorum

Notabat Hali quod Ptolomeus merito dixit secundum modum
esse secundum viam naturalem quia sequitur philoso:
phos et aristotelem dicentes circulum equinoctialem
esse causam duracionis omnis generacionis. Circulum
vero zodiaci esse causam generacionis et corruptionis
Unde posuit in hoc generaliter quod vita contin:
uat et durat per loca Hilegiorum et planetas
ea disponentes Et abscidentes eam sunt loca pla
netarum contrariorum Hilegiorum. Unde quantitas
vite est tanta quantum est de numero graduum
equinoctij inter locum hilegij et locum abscisoris
seu interfectoris
Amplius notandum quod id quod dat mortem
dicitur interfector tam de rebus que sunt extra cor:
pus quam de hijs que sunt intra. Sicut est
complexio humana vel humor corruptus aut
venenatus destructio vel finis humidi radicalis
nutrientis calorem naturalem et consimilia
Tercio adhuc intelligendum quod dimissis alijs
modis de vite spacio investigando due tantum
vie occurrunt: quarum altera est ptolomei et est
via investigandi per Hilegium. Altera est
per alchocoden que licet a ptolomeo non
ponitur tamen non negatur immo clare innu
itur in verbis illius cum dixit

Hec autem observacio est ex locis hileg et eorum qui su:
per haileg potestatem habuerint. modo alchoco:
den est planeta qui in locis hileg sive hilec
potestates ac auctoritates ceteris plures habet
sed viam hanc Ptolomeus non posuit: sed pri:
mam per hilegium quia est cercior et certius
iudicium de vite spacio condonat. Via enim per
alcochoden certum iudicium non parit. potest enim
abbreviari vite quantitas promissa per alcocho:
dem per aliquem interfectorem abscindentem hile:
gium ut infra dicemus. Nos igitur primo dicemus de
prima via seu modo, qui est Ptolomei et est
cercior. Deinde de secundo qui sciendum non dimittendum
est cum a communi astrologorum schola non reij:
ciatur. Et quoniam ut dixit antonius de monte
ulmo. ista est res gravis et nimie profundi
tatis. Ideo ordinatim in ea procedam.
Primo namque quid sit hileg vel hilec sive al
hileg sive hilegium / seu vite significator. de no:
minibus enim non est curandum Et hic sciendum de
alijs significatoribus dirigendis determinabimus
Secundo. que sunt loca .5. domus in figura celi
in quibus oportet hilegium invenire debemus
Tercio: que res et quot possint esse hilegia.

Quarto. ponetur regula incipiendi et eligendi
Quinto. de directione ipsius hilegii et de speciebus hilegii actus directionis eius.
Sexto. qui sunt interfectores, seu abscisores in aliquibus directionibus hilegii secundum ptolomeum et etiam secundum alios astrologos quorum sententia est in esse
Septimo. de modis dirigendi hilegium et significatores ad abscisores seu promissores suos. Et in hoc septimo principali quedam proponuntur a nobis pro modo dirigendi necessarie
Ultimo. ponentur quedam regule circa complementum huius teci. s. de spacio vite iudicando et investigando. Et sic modo primus de spacio vite investigando expediemus. Et quecunque dixit Ptolomeus in tertio libri ca: decimo de vite spacio aliis intermittimus deo igitur favente ad ipsam agredior.

De Hileg. sive hilegio quid sit et de aliis Significatoribus dirigendis ca: xij

Hileg sive hilegium est locus in orbe signorum per quem scitur vita nati qualis esse debeat s. salubris vel insalubris fortis aut debilis et per ipsius directiones ad promissores scitur mors et vita sanitas vel infirmitas bonum vel malum in vita et quodlibet accidens dispositionis corporis nati sicut vulneracio casus et huiusmodi et tempus eorum accidentium quo s. tempore debeat evenire nam per directiones eius ad corpora et radios abscisorum et infortunatum scitur mors vel infirmitas nati: Et per directiones ad corpora vel radios benivolos fortunarum scitur sanitas bonum et utilitas nati secundum naturam loci in quo est fortuna vel eius radius. et si infortuna impediret dictum locum adde vel minue secundum potentiam dicte infortune et in: ferius intelliges. similiter per ipsius applicationes et profectiones scitur bonum vel malum vite contingens et ipsum principale ac certitudinale scitur quantitas vite. Nam tantum durat vita quantus est de numero graduum equinoctii intermedium hilegium et planetam seu locum planete interficientis et abscindentis vitam que quantitas scitur per directiones ipsius hilegii ut infra dicetur. apparet igitur quod hilegium nihil aliud est quam vite significator atque dator annorum vite. Unde probamus albubatris pro hoc de significatoribus.
Adhuc non te lateat. quod non solum astrologi dirigunt hilegium pro sciendo quantitatem vite

vite nati. Sed pro sciendis etiam infirmitatibus
ac dispositionibus corporis nati contingentibus q
i tempore contingant: dirigere solent omnia
quinque loca ex quibus sumi solet hilegium scilicet
gradum ascendentis nativitatis. gradum solis gradum
lune gradum partis fortune et gradum medii celi
de quibus infra dicetur.

Pro diuicijs acquirendis vel amitendis

Dirigitur gradus secunde domus.
Pars fortune. ac corpus domus et ♃.
Pro magisterio. gradus decime domus.
Pro coniugio gradus septime ac etiam domus et ♀
Pro dominio et dignitatibus gradus decime. et eius domus
et etiam solis locus et sic de aliis. Unde bre-
viter quilibet significator cuiuscumque rei fue-
rit dirigi potest ad corpora vel radios absciso-
rum seu infortunarum et ad corpora vel radios
fortunarum et secundum quod bona vel mala obvi-
ationes invenerit poteris iudicare et hoc secundum
naturam loci et naturam promissoris i. fortune
vel infortune, et naturam domus in qua fu-
erit promissor, et licet gradus solis diriga-
tur pro dominio et magistratu nati sciendo
Et pars fortune pro divitiis tamen adhuc

adhuc etiam pro dispositione corporis nati bona
vel mala dirigi debent

De locis siue domibus in figura celi in quibus esse oportet quod potest esse hilegium

Caput xiij.

Quoniam ad inveniendum et sciendum hilegium me-
thodo quodam procedendum est. nec in omnibus
celi domibus hilegij indifferenter illud inqui-
rimus sed in determinatis ideo ptolomeus primo
de locis hilegij in celi figura i. in quibus illud
esse oporteat quod est aptum pro hilegio tra-
ctat. quot et que illa esse possint et ait quod
loca hilech sunt illa in quibus contingit esse
planetarum sive locum planete qui est aptus
ut sit hilech. Et ista sunt ascendens quod i.
per quinque gradus supra orizonta. et per 25.
qui post ascendunt. Et domus undecima que
sextili aspectu aspicit ascendens et domus for-
tunij: Et domus que tetragono aspectu
idem aspicit ascendens Et est celi medium
i. domus decima et domus que in opposito est
ascendentis que est septima. In his autem
dicit Ptolomeus. domibus illa primitus debet
que est forcioris authoritatis Et ideo
forcior ceteris est celi medium i. decima

secundo post illud ascendens. Deinde undecima que ascendit ad celi medium. Deinde Septima Et post illam nona quia celi medium perdit.

Notandum primo. Secundum Hali quod ex hiis que hic dixit Ptolomeus duo simul edocuit unum est: divisio duodecim domorum. Secundum est ordo domorum in fortitudine. Et dicit quod quelibet domus est 30 graduum: quinque sunt antecedentes locum divisionis domus et 25 sequentes. Verbi gratia ascendens supra orisontem incipit per quinque gradus qui sequuntur post orisontem sub terra. Ita quod domus divisionis est sextus in ordine graduum illorum domus.

Deinde dicit quod in domibus figure celi decima est omnium fortissima et potens. Racio est quia ex quo est in medio celi tota eius virtus ad totum orisonta equaliter diffunditur, et quia est super terram evidens eius apparet super terram sine aliqua disturbacione.

Post illam secunda in fortitudine Et dominio est ascendens quia virtus eius vadit super terram superficiem orisontis et semper crescit ascendendo.

Post eam tercia est undecima quia crescit et vadit ascendendo ad decimam.

Quarto est occidens . septima et est ita fortis

sicut ascendens nisi caderet. Quinto in ordine potencie et dominij est nona que talem habet fortitudinem qualem undecima. est enim in simili stato sicut illa in respecto orisontis sed quia fortitudo eius vadit diminuendo ponitur in quinta ordinacione dominij. Post illam est quarta quoniam est in directo decime. sed quia virtus eius est permutata quoniam est sub terra. est in sexto loco fortitudinis.

In septimo. est quinta quia in directo undecime octavo. secunda, quia se habet ad ascendens sicut undecima ad celi medio.

Nono, est octava quia est in compacione occidentis sicut secunda in compacione ascendentis.

Decimo est tercia. quoniam est in directo none. tandem est duodecima et sexta que sunt ceteris debiliores et sexta magis quam duodecima. quia est sub terra.

Postquam dixit Ptolo. loca sive domus hylegiorum sive ubi querere debeo hylegiam sunt quinque videlicet decima, ascendens, undecima. septima. et nona. Excludit alias domus et dicit quod ex quo medietas figure celi est supra terram medietas vero sub terra. domus que sunt sub terra

dimittende in tam preclara et excelenti re .s. in
investigando hilegio qui est dator vite et aq
spaciū vite nostre edificiū preter .25 gradus
ascendentis qui licet videantur esse sub terra tn̄
quia continue ascendūt supra orizonta habent
fortitudinē sicut si essent supra terrā.

Deinde excludit alias domos que sūt supra
terrā que nō possūt esse loca hilegiorū et aīt
quod ex domibus sive signis que sūt supa terrā
que nō habent aspectū cū ascendēte nō possūt
esse hilegiorū loca. Sicut est octava et duo-
decima que domꝰ laboris appellatur que nō solū
nō pōt esse hilegij locus. ob hoc quod nullo
aspectu ascendentis aspicit sed eciā quia vir-
tutes ab ipā venientes permutantur et
dāpnātur propter nebulas et spissas fumo-
sitates que à terrā elevantur humiditatibꝰ
Unde nec colores nec stellarū magnitudines
existenciū in hac domo videri possūt. Ita
vere sicut comperit.

Comentator Ptolomei. In hoc loco dix quod
ex his verbis que de duodeciā dixit Ptolo
meus voluit racionē inuenire eius quod
prius dixerat .s. quare à re tam nobili domꝰ

domus que sunt sub terrā dimittende sūt Nam vir-
tutes enim celestium veniūt ad nos per lineas
rectas et naturales virtutes permutantur secundū
longitudinē que ad nos veniūt et quanto
maior fuerit longitudo tanto magis debi-
litantur et mutantur eciam propter alias
materias que miscentur cū eis in illa longi-
tudine. Et huiusmodi virtutes levius trāse-
unt in corpora subtilia et levia quā grossa
Ex his apparet quod virtutes venientes in nos
de celo ex parte inferiori terre sūt multū
permutate ac debiles quia est maior elō-
gacio propter diametrū terre. Preterea terrā
est grossa spissa et dura multū unde vir-
tutes nō possūt ster pertransire faciliꝰ
Preterea eciam permutantur propter ea que
in hoc transitu admiscentur. Nam si virtꝰ
12 domꝰ permutatur propter fumositatibꝰ e-
levatas ab humoribus terre. Quanto ma-
gis virtutes venientes de celo sub terrā dam-
nari et permutari debent. Ideo virtu-
tes domorū que sūt sub terrā sūt multū
debiles et permutate quare illas nō opor-
tet assumere in re tam preclara de spa-
cio vite investigando

De planetis seu planetarū locis quibus cōvenit esse Hilegiū caput quatuordecimum

Quatuor secundum Ptolomeum possunt esse Hilegia. Sunt apta sunt et hilegia fiant. ☉ ☽. ascend. et pte fortune. quintū vero quod in aliquibus horū defecto assumi pōt est cuiuslibet eorū locorum dispositor quando enim principalis nō est aptus in disponendo dispositorem vite illius accipitur. V.g. sit sol in domo saturni et in eius triplicita- te et in domo apta ut sit hilech. et saturnus sit in decima domo vel in alia qua potens sit locus aptus pro hilegio. Tunc dixit Hali quod oportet accipere saturnum pro hilech vice solis n̄ pro planeta dante vitam quia tunc saturnus habet dominium supra solem et ob hoc dominio habet maximū regnū equale regno solis. Dispositor autem nō sol sed saturnus erit voco aut dispositorem semper iuxta Ptolomei doctrinam planetam plures dignitates ceteris in eo loco habentem. Sed in hoc advertendum quod astrologi quandoque appellant hilech pla- netam dantem vitam. Quandoque locū in quo talis planeta est vel dispositionem habet. Tamē Joannes de saxonia ostendit quod planeta dans vitam proprie dicitur hilech et sic confor- mator

conformator enim dictis ptolomei. locus vero illius planete qui dicitur hilech locus hilegij appellatur.

Dubitabat Hali. cur Ptolomeus voluit partem fortune seu locū partis fortune significare super quantitatem vite. Et nō super significationem de nato an nutriatur vel nō. Et de his qui nascuntur figure monstruose. Sed solū in illis consideravit solem lunā et ascend. Respondit quod virtus partis fortune est minor quā ascendentis virtus et virtus ascendentis minor virtute lune: Et lune minor illa solis. Unde cum in signi- ficationibus nutritionis nati virtus solis lune et ascendentis bene vel male se habet nihil iuvare aut dānare poterit pars fortune Imo cum virtus solis et lune fuerit dāna- ta nō pot~~erit~~ iutor a ~~Bonif~~ Ptolo: nec cōside- rator virtus ascendētis quia nō habet po- sse removendi damnū illud tamē in hoc ca- pitulo de vite periodo considerat locū ptis fortune nō quia ab ipo vite accipitur signi- ficacio. Sed terminus quantitatis vite.

Et quoniam de parte fortune. meminit Pto- lomeus regulam ponit illa ad inveniendi de qua licet est in introductorio nro astrologico

K

dixerim. Hic tamen rememorare non erit absurdum

Canon inueniendi partem fortune.

Dixit Ptolomeus: Siue natiuitas fuerit de die siue de nocte, subtrahe locum solis a loco lune, scilicet numerum signorum graduum et minutorum, a loco lune, id est a signis gradibus et minutis lune. Et quod superest adde ascendenti, id est signis gradibus et minutis ascendentis. Et totum agregatum proice ab ascendentis signo et gradu, scilicet numerando a signo ascendentis et dando cuilibet signo 30 gradus secundum successionem signorum.
In hoc autem duplex cautella animaduertenda est. Prima

Prima quod cum locus lune est minor quam locus solis et non potest fieri subtractio, adde ad locum lune 12 signa. Deinde fiat subtractio

Secunda cautella, quod ut facilior fiat subtractio resolue signa in gradus. Deinde subtrahe. Ita similiter in addicione residui cum ~~addimi~~ ascendentis loco

Tercia cautella est: cum numerus graduum excesserit 360, subtrahe semper 360 et residuum serua et illud numera a gradu ascendentis quousque finiatur. V. g. pro exemplo sit ascendens 10 gradus arietis, locus solis

6 gradus piscium, sit lune locus 14 gradus geminorum. Tunc resoluendo prius signa in gradus et subtrahendo locum solis a loco lune remanent 98 gradus, quibus adde 10 gradus arietis, erunt 108 gradus. Tunc proice, id est incipe numerare a loco ascendentis, scilicet a decimo gradu arietis, et ubi finitur numerus ibi erit partis fortune locus, finietur autem in 28 gradu cancri.
Dixit eciam Ptolomeus quod qui in nocturnis natiuitatibus ut inueniant partem fortune subtrahunt locum lune a loco solis et residuum addunt ascendenti. Deinde agregatum numerant inchoando ab ascendente contra successionem signorum, sunt concordes nobiscum quia in eodem loco cadit pars fortune in quo per priorem regulam, scilicet semper subtrahendo locum solis a loco lune. Deinde numerando ab ascendente secundum successionem. Sed non ignorandum quod communiter astrologi in nocturna natiuitate pro parte fortune inueniunda subtrahunt locum lune a loco solis et residuum ascendenti addendo totum agregatum ab ascendentis loco secundum successionem signorum numerando. Et fundantur ut aiunt Itali dicentes quod ascens noctis est ascens lune quia luna est domina noctis. Ideo oportet procedere a luna versus in solem subtrahendo.

locum lune a loco solis sed Hali dixit quod hermes et
sequaces in hoc errarunt nescierunt enim quod sol habet
dominium super omnes alias stellas in celo et quod
oportet omnibus modis q quod tam de die quam
de nocte ascendens sit. ascendens solis quoniam
est principium acceptum in comparatione solis ut qua
litas solis respecto ascendentis sit velud qualitas
lune respecto partis fortune erit enim pars
fortune quasi ascendens lune ait Ptolomeus sed
paulo infra Hali pulcherrimum valde notabile
dabat documentum. quando licet nobis aut de
hermes invenire partem fortune per subtracti:
onem loci lune a loco solis in nocturna nati:
vitate, Dixit enim verba hec aurea volo te docere
quod abscondit Ptolomeus in his que compi:
lavit scilicet quod oportet quod aliquibus vicibus
accipiatur de nocte pars fortune a luna in
solem et projiciatur ab ascendente secundum ordi
nacionem signorum Et hoc fieri conveniet quando
eius virtus debilis erit multum. Et accidit cum
hoc ut nativitas sit oppositionalis quod luna
in his locis Et in hora oppositionis habeat
enim multum maiorem quam sol et apparentias
opus maxime si ipsa fuerit super terram in for
ti loco et aspiciat eam dispositor eius a pla:
neta qui plures authoritates habeat in loco
lune

Regula sive canon inveniendi ac eligendi Hilegium secundum Ptolomeum Caput XV.

Ceterorum astrologorum via postponentes in eli:
gendo Hilegio id est vite significatores ac dato:
res solummodo Ptolomei secuti opinionem ipsius
regulam in investigando Hilegio preponemus
preposita distinctione prius de nativitate.
Aut enim diurna est nativitas. aut nocturna
dicitur autem diurna nativitas cum sol est su
pra terram utraque luna ubi fuerit sive super
terram sive sub terra. Nocturna vero dicitur
cum sol sub terra extiterit. sit utraque luna.
Si nativitas est diurna tunc ponuntur regule
quarum prima est

Respice primo. Solem si sit in aliquo locorum
apto pro hilegio id est in quo debet esse Hilegium
scilicet in medio celo aut in ascendente aut undecima
aut septima aut nona quod si in aliquo dicto:
rum locorum non fuerit sed in duodecima vel octa:
va aut sub terra non potest esse hilegium nec eius
locus erit hilegii locus

Secunda regula Si sol non potest esse hilegium re:
spice secundo lunam si in aliquo dictorum locorum
que sunt apta pro hilegio fuerit tunc ipsa
erit hilegium, quod, si non fuerit esse non pote:
rit hilegium.

Tercia regula. Si neq sol neq luna possunt esse hilegiu respice tercio planeta qui plures dignitates habeat simul in tribus dictis locis s. loco solis, in loco coniunctionis natiuitatis precedentis et in loco ascendentis Nam si talis planeta in aliquo locorum apto pro hilegio repertus fuerit fiet hilegium. Et notandum hic ptolomeus dixit de oppositione qua maiorem vim habet in natiuitate nocturna

Quarta regula. Si nec solem luna neq planeta predicta inveneris apta pro hilegio respicies quanto ad planeta aliquem ex quinque qui ad minus in aliquo trium predictorum locorum habeat tres dignitates non pauciores. nam si talis planeta reperiatur in loco apto pro hilech erit Hilegium per dignitates autem intelligis quinque illas potestates quas tociens de mente ptolomei memoravi. quarum quinque sunt essenciales s. triplicitates. domus. exaltacio terminus et apparicio, sive solis affinitas. loco cuius alii dixerant facie quarum sunt essenciales dignitates Alcabicius commemoravit.

Quinta regula. Si nullus predictorum hilech esse poterit ait Ptolomeus gradum ascendentis pro hilegio sume.

Si aut natiuitas nocturna fuerit tunc quinque alie regule ponuntur. quarum prima est. Respice primo lunam si in loco apto fuerit ipsa erit hilegium Si eam non poterit

Secunda regula. Si luna hilegium esse non potest respice secundo solem qui si in ascendente fuerit videlicet in 25 gradibus sub orisonta aut in illis quinque supra orisonta s. qui intrare videntur duodecimam: accipies pro hilegio. Dixit Hali quod merito Ptolomeus in nocturna natiuitate primo lunam respexit Nam sol est sub terra. Unde ordo eius propterea est permutata

Tercia regula. Si neq luna neq sol potest esse hilegium. Respice planetam plures auctoritates seu dignitates habentem in tribus locis videlicet in loco lune in loco antecedentis oppositionis et in loco partis fortune collectione s. intelligendo. Et si talis planeta erit in loco apto ipse fiet hilegium

Quarta regula. Si talis planeta non poterit esse hilegium respice planetam qui in aliquo dictorum locorum tres ad minus dignitates principales habeat. et si in loco apto reperiatur erit dedit hilegium.

Quinta regula. Si talem planetam aptum non inveneris et sit hilegium considera si na-
tivitatem proximius precessit coniunctio vel oposi-
cio. Si coniunctio accipe ascendens pro hilegio
Si vero proximius precessit oposicio locum
partis fortune pro hilegio constitues.

Notabat Hali. quod in his regulis Ptolomeus
demonstravit quod debemus accipere primitus
significacionem a planeta qui fuerit maio-
ris posse et si non fuerit aptus accipiemus
illud qui sequitur eum in posse Et sic semper
faciamus donec perveniamus ad posteriorem
eorum ex illis quinque

Ultra predictas regulas ponuntur pro comple-
mento huius canonis a ptolomeo regule due
quarum prima est ista. Si utraque lumina-
ria .s. sol et luna fuerint in locis aptis
pro hilech ita quod utrumque possit esse hilech
accipiemus illud pro hilegio quod erit maio-
ris auctoritatis et posse et in loco forciori ac
aptiori pro hilech. Nam quod habuerit plu-
res dignitates illud erit hilech. Et si am-
bo equales dignitates habuerit eligendum est
pro hilegio quod erit in loco forciori sicut
illud quod fuerit in decima. Erit eligibilius
illo quod fuerit in alia domo. Et si nullum fuerit
in decima tunc erit eligibilius quod erit in un-
decima Et si nullum in undecima erit eligibi-
lius quod in septima. et si ambo fuerint in eodem
loco forciori tunc sumendum est illud quod erit
vicinius gradui divisionis domus et cuspidis.
Et in ista regula videtur mihi quod presuppo-
suit Ptolomeus quod luminaria habeant e-
quales auctoritates seu dignitates ex illis
quinque et non comparat racione loci in figura
celi.

Secunda regula, Si ambo luminaria vel
unum illorum et dispositor locorum dictorum fue-
rint in locis aptis pro hilegio nonque preeli-
gas dispositorem super luminaria nisi cum
videris luminare esse debilius tam racione
dignitatum quam racione loci in quo fuerit.
planeta vero qui est dispositor habuerit
plures dignitates et eciam habuerit duo testi-
monia auctoritates. Ita quod sit diurnus
sit de die supra terram Et si masculinus
in signo masculino. et fuerit eciam cum hoc
in loco forciori tunc talis planeta perfec-
tus est luminari in dominio hilegij ut
de sole et saturno regulam dedimus
In ista similiter regula videtur mihi quod pto-
lomeus

presupponit quod dominator et dispositor habeant
equales dignitates et comparat raciones loci cum
hoc quod dispositor sit in utroque Haiz .i. simi:
litudine quia habentibus plures dignitates in
superioribus regulis dixerat ea res clara
Notabat Hali quod aliqui dicebant quod si
aliquis dispositorum Hilech .i. qui authoritates
habeat plures ceteris in loco Hilech non aspe
xerit ipsum Hilegium quod aliud non possit hile
gium Sed ista opinio non admittitur a ptolomeo
verum tamen est dicit Hali quod si sol et lu:
na et planeta dispositor fuerit omnes hab
equalium dignitatum et fortitudinum tam racione
loci quam dignitatum ille tamen erit aptior ut
sit Hilech quem eius dispositor aspicit.

De directione quid sit et quod sint eius species secundum quas Hilegium dirigi potest Caput XVI

Quoniam ut supra dictum est quantitas
sive periodus vite nati non scitur nisi per
distanciam ipsius Hilegii ab interfectore: Nam
tanta est vite quantitas quantus est nume
rus graduum inter hilegium et interfectorem, que dista
cia non scitur nisi ex directione significatoris

in locum vel radium interfectoris Ideo necesse est
scire quid ipsa directio sit quotve eius species
Directio igitur est. Inventio numeri graduum eq
noctialis circuli qui revolvuntur a loco signi:
ficatoris .s. hilegii usque ad locum ad quem debet
dirigi .s. interfectoris; Et dirigere propri:
e est predictos gradus metiri ac nume:
rare qui sunt inter hilegium et interfectorem seu
universalius ut ~~alterius~~ loquamur: inter significatorem et pro
missorem que numeracio graduum directionis fit
per gradus equinoctialis circuli secundum quod
ascendunt cum gradibus zodiaci mensurantibus
distanciam inter hilegium et interfectorem,

Est autem directio duplex. seu bifariam
fieri potest. Uno modo. secundum successionem
signorum procedendo ab ariete ad taurum
a thauro ad gemini et sic de aliis;
Aliomodo contra signorum successionem sicut
a thauro ad arietem ab ariete ad pisces
Et sic de aliis. Secundum quam speciem directionis
diriguntur planete retrogradi et pars for
tune.

Hilegium ait Ptolomeus potest duobus
modis dirigi, sive secundum duas species direc
ctionis dirigi.. Alia quidem secundum successionem

signorū. Altera vero que contra signorū suc-
cessionē quando hilegiū primo modo dirigitur
dr̄ directū quando scdo modo dr̄ hilegiū contra-
riū. Scdm successionē signorū hilegiū dirigi-
tur quando locus interfectoris sive radius va-
dit ad ipsum hilegiū. Contra vero successio-
nē signorū dirigitur. quando ipsum hilegiū
vadit ad interfectorē. Sicut tinib radiū et aut
Ptolomeus. Aut hilegiū reperitur in prima
quadra orientali que est ab ascendēte usque ad me-
diū celi aut in quarta que est à medio celo
usque ad occidens. Nam de medietate celi sub
terra nō fecit mentionē quia in ea tā nobi-
li omne sub terra pretermittendū. Si hilegiū fu-
erit in prima quarta puta in decima. undecima
et prima. debet dirigi scdm signorū succes-
sionem. Si vero est in altera quarta, s. a medio ce-
li usque ad occidens puta in nona vel septimā
tunc potest dirigi duplici specie directionis
et scdm signorū successionē et etiā cōtra
successionē. Ita quod sit hilegiū directū
et conversū. Notabat Hali quod quando hilegiū
atazir sive directio fit directa et conversa
i. scdm successionē signorū et contra succes-
sionē nō debes per unā solā abscisionē iudi-
care

309

nisi altera cū ea concordaverit quod si am-
be concordaverint indubitabiliter ita fore. Si ve-
ro discordaverint tunc et recte iudices
oportet considerare illam abscisionē que ab-
sciso inimet an concordet cū cōplexiō(n)e Solis
Ita quod tunc complexio eius sit debilis et
infirma et si concordet cū constellationibus
generalibus ita quod sit tunc propter ae-
ris pestilentiā dominio generalis mortalitas

De interfectoribus scdm Ptolomeum et scd(m)
alios astrologos cōmuniter scribētes et pro-
missoribus caput xvij

In directione hilegij conversa i. que fit cō-
tra signorū successionē ille qui hilegiū interfi-
cit est gradus occidentis, et racio est quia o-
cultat et abscondit dominiū vite et mo-
strat eam de apparicione ad occultacionē et
damnat eā quia est sub terra. alij vero
planete sive planetarū radij in hac hile-
gij directione nō interficiunt dicit Ptolomeus
quia ipse nō eunt ad locū hilegij sed ipsum
vadit ad eorū loca. Sed addunt vel mi-
nuunt de vita. Si enim planete qui obvi-
ant hilegio fuerint fortune sicut Jupiter
et Venus et stelle fixe que sunt de natura

eorū addūt in dono vite in atazir converso
s. in directione hilech contra successionē
Si vero saturnus et mars et stelle fixe
de natura eorū obviaverint minuunt de dono
vite. Mercurius aūt et stelle fixe que sūt
de ipsius natura si participacionē habuerint
cū fortunis erūt fortune. Et addūt in do:
no atazir. Si vero cū infortunis erūt
infortune et minuūt. In hoc loco dno
notabat Hali.

Primū est. quod id quod dixit Ptolomeus
de addicione et minucione quantitatis vite
in atazir converso idem in atazir directo
potest comprehendere. quando s. planete radiāt
ad loca Hilegij. quod si nō interfuerint que
sunt infortune minuūt de vita

Secundū notandū est quod stella fixa que
debet addere vel minuere annos quando obvi:
at hilegio oportet quod nullā habeat latitu:
dinē s. ab ecliptica vel eius latitudo sit
modica et eius cursus sit in ipso zodiaco
signorū. Quantū vero predicti planete ac
stelle addant vel minuāt de vita quomodo
satis edocet Ptolomeus cuius dicta hic dilu:
cidabimus

Postq contra succesionē signorū direxi hilegiū
ad occidens sive ad gradū septīe vide sedo

quis planetarū aspiciat hilegio vel per corpus
vel per radiū. Et si est fortuna vel infor:
tuna.

Tercio vide ubi est talis planeta fortuna
vel infortuna an in ascendēte s. in grado
ascendentis vel in alio loco figure

Quarto. Si fuerit in grado ascendentis tūc
quod erūt gradus partiū horarū loci in quo
est planeta vel eius radius tot erūt anni
aut addendi si dictus planeta fuerit for:
tuna. Vel diminuendi si fuerit infortuna
ab annis inventis per directionē ad gradū se:
ptime. quod erūt partes horarū loci illius
planete.

Quinto. Si dicti planete sive radij aspicientes
Hilegiū nō essent in grado ascendentis sed
extra tūc vide per quot gradus sive horas
s. inequales distat ab ascendente ille planeta
sive radius et illos sive illas nota pro
secundo termino. quam rem scire poteris per
tabulas directionū

Sexto. vide quibus numerus graduū correspōdet
cuilibet hore inequali et nota illū pro tercio t:
mino. Pro primo vero semper sume duodecī
que sūt hore inequales que sūt diurne si
nativitas est diurna. vel nocturne si est
nocturna.

Septimo. multiplica secundum per tercium et numerum
multiplicacionis producto divide per primum et
in quociente proveniet quantitas addicionis
vel minucionis

In directione vero Hilegij secundum signo-
rum successionem dicit Ptolomeus nulli possunt
esse abscisores seu interfectores hilegij. Nam
infortune scilicet Mars et Saturnus quando
applicant per corporalem coniunctionem sunt
interfectores hilegij et abscindunt vitam.
Item eorundem aspectus quartus vel oppositus
in loca in quibus cadunt eorum quartus et oppositus
Item eorundem aliquando sextilis aspectus
quando scilicet fuerit locus hilegij et infortune
locus in signis obedientibus et equalibus
in virtute et fortitudine id est quod equaliter
distent a capite arietis quod est punctus equi-
noctij. Vel a capite cancri quod est punctus
solsticij. Tunc enim locus sextilis infortune
est equalis in virtute cum loco hilegij.

Item aspectus quarti sinister hilegij id est locus
quarta hilegij cum ad hilegium pervenit est eciam
interfector hilegij. Racio est dicit Hali quia
in configuracione quarta est inimicicia et
nocumentum et est sicut homo qui propriis
manibus seipsum interficit. Et sextilis infortune
quando est in signis longarum ascensionum quia

est sicut aspectus quartus quia tunc locus infor-
tune est princeps super hilegium et hilech est
obediens loci sextili infortune: Signa lon-
garum ascensionum sunt ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐
Brevium ascensionum sunt ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊

Ideo interficit et simile habet vdiraciones

Et hic erravit Antonius de montolino et non
intellexit Ptolo. Dixit enim quod sextilis infor-
tune quando infortuna est in signis obedi-
entibus signo in quo est hilech Et ideo quia
ipse dixit quod mirabatur in hoc de Ptolo:
nos miramur de eo quod non intellexit Ptolo:
in hoc loco sicut debuit. Nam vult Ptolo:
quod locus Hilegij sit in signo obedienti et
parvarum ascensionum infortuna que cum sextili
interficit esse debeat in signo multarum ascensi-
onum ut patet intuenti. Experientibus et aliis
tradiciones doctus Ptolo: Item. aspectus sive
radius trinus infortune interficit quandoque quando
scilicet infortuna fuerit in signis parvarum ascensio-
num quam locus hilech poterit interficere quia
videbitur pro quarto aspectu. Item luna existen-
te hilech locus solis interficere potest quandoque
dicit Ptolomeus Hali declaravit quando lo-
ca eorum fuerint dissona quando luna sit in
humido signo et sol in sicco. vel luna sit in.

termino seu domo infortune Et sol in termino for-
tune sed si sint ambe in terminis infortunarum
vel dignitatibus fortunarum aut in signis concor-
dibus non abscidet sol super luna Nam stelle
contrarie sunt que abscindunt super hylegium
vel si sint contraria per essenciam ut Satur-
nus Jovi Vel peraccidens s. quod locus uni-
us sit contrarius loco alterius. sicut diximus
de sole et luna. Nam non sunt ut se lu-
minaria contraria sed peraccidens racione
loci esse possunt tunc locus solis interficit lune lo-
co existente hylegio.

Item gradus septime domus est interfector certus
et ultimus. quando natus non fuerit mortuus
per loca existencia mala. Et ideo cum fit direc-
tio contra successionem signorum nullus gradus
poterat interficere nisi gradus septime.

Mercurius et eius aspectus si fuerit fortu-
natus et habeat participacionem cum fortunis
tunc habet vim fortunarum. Si vero fuerit
infortunatus tunc habet vim interficiendi sic-
ut infortune. Ita quoque stelle fixe prime
magnitudinis que sunt in ecliptica aut iuxta
que sunt de natura infortunarum interficiunt

Circa predictam doctrinam de interfecto-
re quedam advertencie ponuntur a Ptolomeo

Prima advertencia. Cum non pateret tibi aliquis
interfector voluit Ptolomeus quod tu debes obser-
vare revolutiones annorum nati et loca infortu-
narum hylech Et loca hylech et profectiones
et directiones eius unusquisque, Et sic secundum na-
turam infortuniorum iudicare poteris. Quod si nul-
lo predictorum modorum mortem nati inveneris
tunc dirigendus est locus hylegii ad gradum
septime domus. Et tunc secundum naturam illius gradus
Et dominorum eius et planetarum ibi existencium
vel aspicientium maneriem mortis nati recte prono-
sticabis ut infra dicetur.

Secunda advertencia est. quod isti interfecto-
res dixit Ptolomeus non semper necessario occi-
dunt posito eciam quod fuerit et secundum lon-
gitudinem et latitudinem correcti nisi cum fue-
rint infortunati vel saltim in termino infor-
tune. vel quod sint in locis in quibus debi-
litetur virtus hylech Et huius modi talia. 4. per corpus vel radios
Nam si fuerit ut in termino alicuius for-
tune vel altera fortunarum puta iupiter
vel venus ad gradum interfectoris aspexerit
trino vel quarto vel opposito aspecto vel ad gradum
qui est ante illum radios proiecerit Tunc pro-
hibetur abscisio: Et interfector non interficit gra-
dus aut ille qui est ante gradum interfectoris

oportet quod in aspectu Jovis no[n] sit plus ultra 12°. Et in aspectu veneris no[n] sit plus quam 8°. Nam orbis corporis iovis se extendit ad 12 gradus ante et circum circa. Et virtus veneris ad 8.

Notandum secundum Hali quod Ptolomeus narrans radios fortunarum qui prohibent abscisionem interfectoris narravit quartum oppositum et trinum et no[n] meminit de sextili quia sextilis est debilioris potencie quam alii. Ideo no[n] habet potenciam removendi mortem et no[n] habet potenciam quarti nisi quando fuerit in signis longarum ascensionum vel fuerit in signis equalibus in oriente. Amplius notandum secundum eundem Hali quod id quod diximus de Jove et venere quod possunt impedire abscisionem interfectoris intelligas eciam de stella fixa que fuerit de natura fortunarum. Nam modo no[n] habuerit latitudinem a zodiaco signorum Et licet isti aspectus bonorum planetarum removeant et impediant interfectorem quod no[n] possit interficere tamen no[n] possunt prohibere quod no[n] mittat interfector nato tempore predicto aliquod periculum sive accidens. quod periculum sive accidens erit secundum potenciam vel impotenciam fortunarum vel infortunarum. Nam si fortune vocate forciores fuerint infirmitas Et impedimentum erit leve. Si vero erunt infortune forciores tunc impedimentum erit grave et periculosum ut in sequenti advertencia docetur melius

Tercia aduertencia. Si planete adiuvantes aut interficientes in utroque istorum duorum scilicet hilegii et interfectoris duo vel plures fuerint. Respice fortunas et infortunas que sunt plures et que sunt forciores. aspiciendo que sunt in locis convenientibus ille sunt forciores nec in his locis alie permutarunt. Similiter in aliis eorum statibus quomodo se habuerint in comparacione mundi et in nativitate Et secundum predominantes ac vincentes iudica: multitudinem seu pluralitatem cognosces Ex numero fortitudinis et potencia. Ex eo quod illi qui sunt in hoc Haim sunt forciores. Et que sunt in locis sibi convenientibus Maxime scilicet stelle unius significatoris. Sunt orientales et que aliorum occidentales. Nam orientales sunt forciores occidentalibus

Quarta aduertencia. quod nullus planeta sub radiis solis existens sive combustus poterit interficere aut liberare nisi hora sit hilegium non tunc locus solis sit interfector et tunc eciam si infortuna fuerit sub radiis solis quam non aspiciat aliqua fortuna que adiuvet tunc planeta qui est infortuna est interfector. Et quoniam damnat locum ubi est sol propter hoc habebit iste locus maiorem posse interficiendi.

Circa istam opinionem Ptolomei de interfectoribus Movet Antonius de montulmo fere dubitaciones

principales quarum due postreme mollius sunt va-
lorus fundantur enim falso fundamento. Exi-
stimabat enim ipse quod senciat et dicat Ptolomeus
sextilem aspectum infortune ex signis parvarum
ascensionum interficere posse. cum expresse alias di-
cat Ptolomeus. dicit enim quod sextilis infor-
tune interficit quando in signis longarum ascen-
sionum quia tunc valet sicut quartus. Adeo in hoc nichil
dicit antonius. Sicut eciam nichil dicit, addit vo-
luisse Ptolo: trinum infortune ex signis longa-
rum ascensionum posse ex signis longarum ascensio-
num posse interficere, immo dicit Ptolomeus ex
signis brevium ascensionum interficere non longarum
Sed illa dubitacio est ponderanda quare est
quod non dixit Ptolo. quod aspectus sextilis for-
tune scilicet Jovis vel veneris potest salvare
et impedire interfectorem ne interficiat sicut
dixit de opposito. trino et quarto. Ad quam du-
bitacionem respondet antonius dicens quod
forte Ptolomeus dimisit quia sextilis aspe-
ctus est multum debilis. unde non erat tante for-
titudinis et potencie ut possit auferre infor-
tunium et mortem licet oppositum continue
per totam astronomiam a sapientibus practi-
cetur Et istam responsionem accepit ab hali
habenrodan qui non contentus dixit quod forte
Ptolomeus sextilem aspectum dereliquit.

tamquam notum quia si aspectus oppositus fortune sunt
eum salvandi maiori racione sextilis aspectus
Dixit Hali quod sicut dictum est in sextili quod non
habet potenciam quarti nisi quando fuerit in signis lon-
garum ascensionum vel in signis ~~longarum ascensio-~~
~~num~~ obedientibus aut equalibus in virtute et tunc
potest interficere. Ita in omnibus aliis aspectibus
quando cuilibet eorum duplicetur virtus eius ta-
li modo quod valeat tantum quantum quartus vel
trinus aut oppositio. Habebit posse removendi
mortem et illud idem facit stella fixa que
fuerit complexionis fortunate scilicet latitudinem
non habuerit zodiaci signorum.

Interfectores secundum Antonium de montulmo

♄ et ♂ corporali coniunctione sunt interfectores et
abscisores vite quia vita consistit ait Heben-
ragel in calido et humido temperato. ♄ vero
est frigidus et siccus. ♂ vero calidus et siccus.
Oppositus aspectus et quadrati eorum (♄ et ♂) tam ante
quam retro (Item sextilis eciam eorum quando fuerit in signis longarum ascensionum. dicit Ptolo. Trinus eciam eorum in signis brevium ascensionum et)
☊ corporaliter in ascendente abscindit, ascendens (tunc valet pro)
☊ aspectus oppositus et quartus abscindunt. nisi ipsa (quarto)
... bona sit vite significator tunc enim incipia-
... eius aspectus abscindit. Sextilis eciam eo-
rundem quando fuerit in signis longarum ascensi-
onum dicit Ptolomeus quia tunc valet pro quarto

~~Sextus~~ eciam coronis si fuerit in signis brevis ascensionis quia tantum valet pro quarto.

Mercurius. per quartum et oppositum eciam impedit

Sol corporatur. est abscisor et dator infortunii magni

Solis eciam aspectus quadratus et oppositus nisi sol ipsemet fuerit Hilech et significator et de sole et luna aiunt de mente Habenragel.

Caput et cauda. Draconis sunt abscisores capud eius interficit propter magnam eius constrictionem. Cauda vero propter hoc: Et eciam quia infortuna

Corda. signorum sunt abscisores

1 Gradus sexte domus. duodecime septime octave

2 Dominus sexte. domus. duodecime et octave Unde dicit se vidisse in quadam nativitate Jovem dominum octave in gradu ascendentis et luna fortuna ipsum aspiciebat et abscindit vitam nati. Nam cum fuit natus fuit mortuus

Cometa. interficit cum apparuerit tempore nativitatis.

Loca tenebrosa. Et nebulosa interficiunt.

3 Gradus quarte domus. Maxime cum fuerit aquaeus et infortunatus abscindit quia est locus profundus et obscurus. C

4 Gradus. eclipsis cum fuerit eclipsis in figura nativitatis interficit

K

Pars mortis et pars infirmitatis abscindunt Unde dicit de antonio quod dimisit quartum aspectum ipsius met hilegis. quarta sunt ipsius hilegis secundum ordinacionem signorum abscindunt ipsum Hilegem

Notabat tamen quod quando Hilech sive significator pervenerit ad locum abscisoris si fuerit ibi corporatur fortuna vel bono aspectu aspexerit si fortuna illa fuerit fortis significat quod natus non habebit abscisionem. sed impedimentum Et si habebit illud erit leve. Si vero fuerit debilis licet dicta abscisio sed impedimentum evenietur tamen natus gravabitur et erit in pectore licet non tantum quantum fuisset gravatus sine aspectu dicte fortune. Unde bene dicit Ptolomeus quod debent considerari potencie et impotencie fortunarum et infortunarum Et sic iudicare.

Amplius Notabat antonius quod isti abscisores seu interfectores non solum dicuntur abscindere Et impedire Hilegem seu vitam: Et consequenter super sanitatem et egritudinem dEvolvere. Sed eciam super alia significatorum significata. Ita quod quando aliquis illorum pervenerit ad aliquem istorum abscisorum abscindent vel dabunt impedimentum nato. Secundum quod significaverit significator de diviciis. Si fuerit significator diviciarum.

L

De filijs. Si fuerit significator filiorum. De honoribus et dignitatibus si fuerit significator dignitatis. Sicut de sanitate vel egritudine si fuerit significator corporis. Illud tuto non te lateat quod sicut fortune absc[i]dunt vel impediunt et malum inferunt quando significatores ad Martis corpora sive radios pervenerint. Ita fortune faciunt Jovis et Veneris ac eorum radij bonum significant quando ad Martis corpora sive radios per directionem significatoris pervenerint. Et ideo quidam communi vocabulo promissores vocant. Sive bonum sive malum significatori promittat.

De his que premitenda veniunt ac preferenda ad modum dirigendi Hilegium sine quemlibet alium significatorem ad absc[i]sorem seu: ut universalius loquar: ad promissorem suum
Capitulum xviij

Postquam in precedentibus vidimus quid sit Hilegium sive significator et quid interfector, similiter quid sint absc[i]sores seu promissores. Et quid est dirigere. Et quot sint directionis species secundum quas potest Hilegium dirigi. Nunc de modo dirigendi dicendum est ut per illum sciamus quantitatem seu spacium annorum vite qui sunt secundum numerum distancie que est inter locum Hilegij et locum interficientis. In quo diversis aliorum

opinionibus quarum aliquam impugnat Ptolomeus ostendo modum a sapientibus et presertim a peritissimo astrologo Jo. de Monte Regio: excerptum dictis Ptolomei tantum modo ponam quia si vellem in hoc difficili negocio aliorum opiniones erroneas ponere legentium intellectus sic confunderem ut verum modum non possent sic facile apprehendere. Sed priusquam ad dirigendi modum deveniam quedam primitus prelibanda sunt tanquam necessario consideranda. Sine quibus nullatenus licebit tibi dirigere neque modum dirigendi intelligere posse: oportet enim omnia hec que sequuntur tibi preparata ac velut instrumenta parare videlicet.

Primo. Longitudines planetarum et stellarum fixarum id est loca eorum vera sicut te docuimus in capitulo de locacione planetarum et stellarum Beibenarum in figura celi

Secundo. Habere oportet ac notare tibi latitudines earundem planetarum atque stellarum que mediantibus adinveniuntur longitudinibus

Tercio. Declinaciones earundem que medijs longitudinibus ac latitudinibus querantur

Quarto. Ascensiones rectas planetarum atque stellarum que mediantibus longitudinibus sciuntur.

Quinto, distancias stellarũ à meridiano quas per ascensiones rectas venari poteris.

Sexto, polos posicionũ seu elevaciones poli super circulũ posicionis cuiuslibet stelle qui habetis mediantibus declinacionibus et distancijs à meridiano.

Septimo. ascensiones obliquas planetarũ quas venaberis mediantibus longitudinibus et elevacionibus poli stellarũ.

Octauo. Descensiones obliquas que ex ascensionibus obliquis dignoscuntur

Nono. Elige aspectus omnes planetarũ admonens et ad loca in figura tua celi.

Decimo. Nota tibi hilegia et significatores omnes dirigendos Et ex oposito illorũ promissores. Idest planetarũ corpora, eorũ radios tamque fortunarũ quam infortunarũ ad quos dirigendi sunt significatores. ~~Bonũ vel malũ quodcumque accidet in vita ac temporis quo illa evenient iudicare sapienter~~ Ut inde vite spaciũ et sanitas ac infirmitas Et omne denique in rebus ceteris bonũ vel malũ quodcumque accidet in vita ac tempus quoque illa evenient. Iudicare sapienter possis. Tandem modũ dirigendi agredere Et predictos significatores ad que dirigi debent loca. dirigito De His igitur decem precognoscendis preparamentis determinabis. eo quo preposita sunt ordine ut doctrine seriosior ordo. deinde ad dirigendi modum deveniat

De longitudinibus planetarũ Et aliarum quoque stellarũ fixarũ sciendis Caput XIX

Planetarũ ac stellarũ quoque fixarũ quas in figura tua habebis longitudines scire id est loca eorũ vera in nativitatis hora: nihil enim aliud longitudo est nisi distancia planetarum sive stelle ab arietis inicio. Et consequenter locus eius in Zodiaco signorũ in quo scilicet signo gradu atque minuto sit in hora qua eius motum sive locum habere queris: scies aut calculando illorũ motus iuxta canones atque tabulas ad calculandos motus destinatas aut motus illorũ ex almanach sumendo Et pro tuo meridiano atque hora quesite nativitatis rectificando ut superius in capite de collocacione planetarũ et stellarum fixarũ in figura celi lacius declaravi. Ideo ne idem bis atque sepius repetendo veniat illud te remittit Et inde longitudines quas queris facile reperies et repertas in tabula te notare non pigebit. Volo te tamen obiter admonere quod in his omnibus quasi tabulas pro tua nativitate constituas. Et omnia ordinatim annotare solicitus eris. Ut melius iudicare et intelligere possis. ¶ Stellarũ vero fixarum longitudines id est motus bifariã scire poteris.

Uno quidem modo. per tablas resolutas calcolando
Alio modo. Sumendo iam illas calcolatas pro an
no 1549. In tabula que ponitur in principio
Ephemeridum quod si vis easdem longitudines calcu
latas ad annum 1529: vade ad tabulas Jo
annis vingondi qui ultimo redoxit eas et ille
longitudines eciam tibi deservient pro annis
sequentibus usque ad centum annos quia in centum
annis vix movetur octava sphera gradu uno
ad cuius motum stelle quoque fixe moventur

De latitudinibus eorundem planetarum atque stellarum inuemendis Capitulum XX^m

Habitis planetarum atque stellarum longitudini
bus debes secundo latitudines invenire. Est
autem latitudo planete sive stelle distancia eius
ab ecliptica aut versus septentrionem aut versus
meridiem. et propterea talis latitudo potest
esse duplex videlicet septentrionalis et meridi
onalis. Et si est in signis ascendentibus voca
tur ascendens. Si in descendentibus vocatur de
scendens. Nam 6 dicuntur signa ascendencia
videlicet ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊. Et sex alia
descendencia. Sunt ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐.
Ex planetis ☉ nullam habet latitudinem quia
semper motus eius est sub ecliptica. Et ab
illa nullo modo declinat Caput eciam et
cauda draconis non habent latitudinem. neque pars

neque pars fortune neque quatuor anguli in figura
celi sicut prima. decima. quarta. Et septima
domus quia sunt recte sub ecliptica: neque ali
qua domorum. Ceteri vero planete habent lati
tudinem sicut luna saturnus. Jupiter mars
et mercurius. Et stelle eciam fixe possunt ha
bere latitudinem cuius illas reperire oportet per
sequentes canones. Incipiamus igitur tradere
canones quibus planetarum latitudines ad
invenire possis. ad quamlibet horam quesitam.

Canon ad inuemendum latitudinem lune ad quamcumque diem et horam volueris.

Pro latitudine lune inuenienda ad quamcumque
horam volueris. lune namque latitudo ob velocitatem
eius motum plurimum variatur. non solum de die
in diem sed de hora in horam sic procedas.
Sume primo. Ex almanach lune motum in
signis gradibus et minutis notatum et illum recti
fica ad tuum meridianum. Et ad horam quam
queris. Iuxta canonem in superioribus po
situm. Deinde motum eius sic rectificatum no
ta convertendo signa in quantitatem discretam
et pro ariete ponendo nihil sed pro tau
ro 1. pro geminis 2. et sic de aliis successive
Secundo. Sume motum capitis draconis et illum recti

fica

ad horam tuam. Et sic rectificatur. similiter nota
resolvendo similiter signa in quantitate differ-
tiam ut prius.

Tercio. Subtrahe semper motum capitis a motu
lune acomodatis duodecim signis si non potest
fieri subtractio in signis. Et si non potest fieri
subtractio in gradibus acomodato signo uno
i. 30 gradibus sic facta subtractione re-
manet argumentum lune.

Quarto. Cum argumento isto vade ad tabu-
lam latitudinis lune Et si tale argumen-
tum est in signis septemtrionalibus quere
in parte superiori tabule signum illud argu-
menti gradus vero eius in prima linea
sinistre partis. Et in angulo communi invenies
latitudinem lune denominandam septemtrio-
nalem ascendentem vel descendentem. aut Meri-
dionalem ascendentem vel descendentem iuxta
titulo superioris partis tabule

Si vero signum illud argumenti sit de signis
meridionalibus quere illud in parte inferi-
ori tabule gradus vero eius in prima linea
sive columna dextere partis. Et in communi
angulo latitudinem lune invenies signandam
titulo inferioris tabule. Signa enim sex sunt
septemtrionalia. videlicet ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍.
Et 6 Meridionalia videlicet ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Quinto. Si circa gradus argumenti minuta adhese-
rint fac secundum introitum quo ad gradum sequentem
descendendo si signum argumenti est repertum
in parte superiori tabule vel quo ad gradum se-
quentem ascendendo si signum argumenti est
repertum in parte inferiori tabule et ex oppo-
sito eius sequentis gradus sume alteram la-
titudinem quam confer ad primam qui illarum
maior minor ve fuerit. Nam facta subtra-
ctione minoris a maiori proveniet differentia
signanda titulo à vel M. et adde vel mi-
nue secundum exigenciam secundi introitus. Nam
si sequens introitus fuerit maior. sic differentia
habebit titulum à. Si vero minor. habebit
titulum M.

Sexto. Eam differentiam multiplica per minuta adhe-
rencia gradibus argumenti. Et hoc per ta-
bulam. 60 minutorum et proveniet pars pro-
porcionalis addenda vel minuenda iuxta
titulum differentie ad communem angulum seu lati-
tudinem prioris introitus Et habebis ve-
ram lune latitudinem ad diem et horam ho-
ram quesitam. Et licet iste canon ponatur
in principio almanach. tamen quia ibi bre-
viter et cum difficultate ponitur. Placuit
nobis hic diffusius illum dilucidare.

Canon ad inueniend[um] latitudines aliorum planetarum
Ad aliorum planetarum inveniendas latitudines nullus canon ponitur in almanach nisi latitudine lune quia latitudo aliorum non sic multum variatur sicut latitudo lune: cuius latitudo lune multum variatur de die in diem imo de hora in horam. Sed aliorum planetarum latitudines sunt notate in ephemeridibus. Et in fine cuiuslibet mensis. Et primo diem mensis ad decimum et ad vigessimum sed non de die in diem quia propter tarditatem illorum motus non multum variatur latitudo ut autem ad quelibet aliud diem anno et hora habere possis sic procedas.

Primo. Vide annum mensem diem et horam ac partes hore ad quam queris habere planete latitudinem.

Secundo. Vide si dies ad quam queris habere latitudinem planete est precisse primus dies mensis vel decimus vel vigessimus. Et quicunque illorum fuerit habes in fine mensis notatas latitudines. s. pro meridie illius diei vade ad almanach et accipe in fine mensis sub columna illius planete cuius queris habere latitudinem. Latitudines in gradibus et minutis notata pro primo die mensis.

Tercio. Si dies ad quam queris latitudinem non est aliquis predictorum. tunc vide si est ante decimum data 2 3 4 5 6 7 8 et 9. et quicumque horum fuerit sume primo latitudinem planete notatam pro primo die mensis. Similiter accipe latitudinem eiusdem planete pro decima die notatam et ad duas latitudines confer adinvicem videndo que illarum maior minorque fuerit subtrahendo eam minorem a maiori provenit differentia notanda. titulo a vel M. si sequens latitudo maior fuerit M vero si minor. et illam serva pro secundo termino

Quarto. Sume pro tercio termino numerum dierum ad quam queris habere latitudinem planete pro primo vero termino sume decem

Quinto multiplica secundum per tercium et numerum multiplicationis procreatum divide per primum et in quociente provenit pars proportionalis addenda vel minuenda respecta differencie titulum latitudini prioris introitus scilicet pro primo die notata. Et sic habebis latitudinem planete ad diem quesitam

Sexto Si dies ad quam queris latitudinem planete est ultra decimum non tamen ultra vigessimum tunc sume latitudinem notatam pro decimo

dia et alteram sequentem notatam pro vigesi̊o
Deinde confer illas adinuicē et totū opa
beris sicut in tcio et qrto notato.

Septimo. Si dies ad quā queris latitudinē
est ultra vigessimū sume latitudinē nota
tam pro vigessimo die et aliā notatam
pro p̄mo die mensis sequentis mensis.
Deinde confer adinuicem. Et sic opabreis
sicut in tcio et qrto notato dictū est.

Octauo. Si nō solū ad diem qui terminatur
à meridie ad meridiem sed eciam ad horas
ac partes horarum queris habere latitudi
nem. Vltra dies sume duam que resulta
uit inter duas latitudines cū suo titulo
Et illam nota pro s̄cdo t̃mino diem unū
pro tcio termino Et decem pro primo t̃io

Nono. multiplica s̄cdm per terciū. et nūm
multiplicatiōe productū diuide p̄ primū
et in quociente proueniet dr̄ia latitudinis
correspondens uni diei Et illam nota cū
titulo prioris diei. Et sic habes latitudi
nē planete cuius diei Et illud nota pro
s̄cdo termino.

Decimo. Sume pro tcio t̃mino horā unā
pro p̄mo aūt termino diem unū siue 24
horas. et multiplica s̄cdm per terciū.

Et numerū multiplicatiōe procreatū diuide p̄ p̄
mum et in quociente proueniet pars propor
cionalis latitudinis correspondens uni hore

Vndecimo. huiusmodi partem proporcionalē
multiplica per horas suas ad quas queris
habere latitudinē et numerū multiplicati
ōe productū adde vel minue iuxta titu
lum dr̄ie latitudini planete Jam prius in
uenta ad dies integros et completos Et sic
habebis latitudinē planete ad dies et ho
ras quas queris.

Duodecimo. Si ultra horas fuerit p̄tes ho
rarū .s. mīta tūc sume dr̄iam correspondē
tem latitudini unius hore Et illā nota
pro s̄cdo t̃mino. mīta vero hore ad que
queris habere latitudinē pro tcio termīo
prīg aūt terminos sit hora una. ~~Dcio~~

Decio tercio multiplica s̄cdm per terciū et
totū multiplicatiōe productū diuide per
primū et proueniet in quociēte pars pro
porcionalis correspondens minutis illis
horarum.

Decimo qrto. Eandē partem proporcionalē
adde vel minue ad latitudinē iam prius
inuenta ad dies et horas completas iuxta

tabula dicte vel: seu aliis verbis adde si latitu-
do sequens 2 sedi introitus sit maior vel mi-
nor si latitudo illa sequens minor fuerit et
sic precisse habebis latitudinem planete ad tempus
quesitum s. ad dies horas ac partes horarum que-
sitas.

Canon ad inveniendas latitudines stellarum fixarum

Illud in primis te admonendum censeo: quod
stelle fixe quas debes collocare in figura
nativitatis non debent habere latitudinem
2 remocionem et distanciam a zodiaco signorum
Et si habent quod parvam habeant ut super
nativitatem nati significare possint ut do-
cet Ptolomeus in tercio quadripartiti
capite decimo. Et ibidem Hali Haberodan
qui dixit. Et contrarit quod stella fixa que
addit vel minuit nullam habeat latitudinem
vel eius latitudo sit modica ut eius virtus
sit in ipso zodiaco signorum.

Amplius non omnes te oportet stellas fixas
notare. Sed tantum illas que Beibenie dicunt
2 que sint prime vel secunde magnitudinis. Lati-
tudinem stellarum fixarum prime vel secunde ma-
gnitudinis quas habes in figura nativitatis
nati duobus modis venari poteris

Uno modo. per tabulas resolutas operando et

Et precissam illarum latitudinem ad annum mensem
diem et horas quesitas reperies.

Alio modo. Non ita precissam vel invenies in
tabula stellarum fixarum insigniorum quam ponit
in principio libri ephemeridum. In qua in-
venies latitudines illarum calculatas pro
anno 1499. que eciam latitudines poterunt
tibi deservire pro anno hoc qui non multum
distat a predictis. Currit autem nunc annus
Domini 1544. et eciam pro multis sequentibus
annis eedem latitudines deservientes: quia
propter tardum octave sphere motum hominibus
stellarum fixarum. latitudines non multum varian-
tur in multis annis. partem eciam latitudinis
ex eadem tabula scies an sit illa septentrio-
nalis aut meridionalis.

De declinacionibus stellarum tam erraticarum
quam fixarum investigandis. Capitulum XXI

Declinacio stelle ut habetur ex Jo: de monte
regio non est nisi distancia seu remocio
stelle ab equatore aut versus Boream aut
versus austrum que quidem declinacio men-
suratur per arcus transeuntes per polos
mundi intersecantes circulum equinoctia-
lem et ab eo intersecatos ad angulos rectos

spherales. Que quidem declinacio est duplex scilicet septemtrionalis et meridionalis.

Septemtrionalis. Dicitur declinacio stelle quando distat ab equatore versus partem borealem. Dicitur vero meridionalis quando distat ab eodem versus partem australem. Nam sex sunt signa septemtrionalia scilicet ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍. et sex alia australia scilicet ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ et ♓. Et signorum septemtrionalium tria sunt ascendencia scilicet ♈. ♉. ♊. Et tria descendencia scilicet ♋. ♌. ♍. Ita australium tria sunt ascendencia scilicet ♑ ♒ ♓. Et tria descendencia scilicet ♎. ♏ ♐. Nam medietas celi dicitur ascendens que est a principio capricorni usque in finem geminorum. Et alia medietas descendens que est a principio cancri usque in finem sagittarii

Amplius quelibet predictarum declinacionum adhuc potest esse duorum modorum aut ascendens aut descendens

Declinacio septemtrionalis. ascendens dicitur quando stella declinat ab equatore versus septemtrionem. Ita quod est in signis septemtrionalibus ascendentibus.

Declinacio septemtrionalis descendens est quando stella declinat ab equatore versus septemtrionem. Ita quod est in signis septemtrionalibus descendentibus!

Ex quo apparet quod sit declinacio meridionalis tam ascendens quam descendens.

Non te lateat Ex hiis quod potest latitudo seu pars latitudinis stelle esse septemtrionalis tamen declinacio sive pars declinacionis eius erit meridionalis. Et econtra potest latitudo esse meridionalis et tunc eius declinacio erit septemtrionalis.

Amplius sciendum quod omnes domus habent declinacionem preter illam que est in principio arietis et libre: non habeant latitudinem ut superius dictum est quia sunt sub ecliptica sed declinacionem habent declinant enim ab equinoctiali sic decima versus septemtrionem. quarta vero versus austrum.

Sol habet eciam. declinacionem Nam maxima eius declinacio ab equatore est graduum 23. minutorum 30 Ut dixit Joannes de monte regio. Temporibus vero nostris eius declinacio est graduum 23. et minutorum 28. Quando vero est in principio arietis et libre nullam habet declinacionem. quia tunc est in punctis equinoctii.

Caput et cauda. draconis habent eciam declinacionem. Et pars fortune. Et alie quoque partes et ceteri quoque planete atque stelle quarum omnium oportet te declinacionem invenire iuxta sequentem canonem

M

Canon ad inveniendam stelle declinacionē nō excedentis 8 gradus latitudinis sicut sūt planete in quo dillucidatur problema p̄mū Jo de M

Declinacionē stelle nō excedentis octo gradus latitudinis sic reperies. Habeas primo longitudinē stelle id est locū eius verū in signis gradibus et minutis ex precedentibus et illū nota.

Secundo Habeas eius latitudinē in gradibus et minutis ex premissis canonibus advertendo ipsius latitudinis septentrionalis vel meridionalis Et illam nota.

Tercio. Cum longitudine planete vel eius signo et gradu intra in tabula declinacionis querendo signū stelle in fronte tabule. gradū vero in prima linea seu colomna dextere partis si talis stella seu planeta est in signis ascendentibus. Si vero in signis descendentibus tūc reperto signo in superiori parte tabule queratur gradus eius signi in prima linea seu colomna sinistre partis.

Quarto gradus latitudinis querantur in parte superiori tabule in parte dextra folij si latitudo stelle est meridiana. Vel in parte sinistre folij si latitudo est septentrionalis et in cōi congerie hoc est sub gradu latitudinis

Ex opposito gradus longitudinis sumatur declinacio stelle signanda in parte tabule.

Quinto. Si circa longitudinis gradus minuta adfuerint fac secundum introitum quo ad gradum sequentem longitudinis ascendendo si latitudo stelle est in signis ascendentibus. Vel fac secundū introitum quo ad gradū sequentem descendendo si stella habet longitudinē in signis descendentibus Et illum ex opposito eius gradus longitudinis et sub gra[illegible]do latitudinis ipsius stelle accipe declinacionē quā nota in parte tabule sexta primo introitu.

Sexto. Has duas declinaciones inventas scilicet primi et secundi introitus confer adinvicem que illarum maior minorve fuerit Nam subtrahendo minorē à maiori proveniet differencia signanda titulo à vel m. A. adde si declinacio secundi introitus est maior. M. vel minue si minor fuerit

Septimo. eam differenciam multiplicabis per minuta adherencia gradibus longitudinis cū quibus primo introitu intrare nō potuisti Et hoc vel per tabulam 60 minutorum vel per regulam proporcionis astrologicā. multiplicando dictam differenciam per minuta illa adherencia gradibus et numerum multiplicacionis productum divide per 60.

Et in numero quociente provenit pars pporcio-
nalis .s. minuta et secunda que debet subjici sive
subscribi eodem angulo primi introitus cum titulo
differencie. A vel M.

Octavo. Si circa gradus latitudinis non fuerit minuta
tunc partem proporcionalem nuper inventam
atque communi angulo subtractam addendo si ha-
bet titulum A. vel subtrahendo. a communi an-
gulo seu declinacione primi introitus si habet
titulum M. habebis declina[illegible]cionem quesitam.

Nono. Si vero circa latitudinis stelle gradus
sunt minuta tunc duplicem introitum facere est
necesse tali serie vide ubi declinacionem
sumpsisti prioris introitus tunc ex laterali
linea sequenti sub gradu sequentis latitudinis
maioris versus dexteram partem folij si la-
titudo est meridiana vel sinistram partem si
latitudo eiusdem stelle est septemtrionalis
Ex opposito eiusdem longitudinis sume alteram
declinacionem quam ad declinacionem prioris
introitus confer advertendo que illarum ma-
ior minorve existat subtrahendo minorem
a maiori differencia latitudinis emerget
signanda titulo A vel M. A si sequentis
introitus declinacio maior. M vero si mi-
nor fuerit.

Decimo. Eam deinde multiplica per minuta que ad-
iacent gradibus latitudinis stelle cum quibus
intrare non potuisti per tabulam eo minore vel
per racionem proporcionis astronomica tribus
terminis positis. Et in quociente provenit pars
proporcionalis subiicienda et subscribenda pre
parti proporcionali longitudinis cum titulo sue
differencie.

Undecimo adverte si iste due partes propor-
cionales sint eiusdem tituli. Itaque utraque habeat
titulum A vel utraque titulum M. tunc tales partes
proporcionales insimul addantur. Et illud quod
ex addicione provenit si habuerint partes pro-
porcionales titulum A addatur ad declinacionem
prioris introitus. Vel subtrahatur ab ea si
habuerint titulum M. tali enim negocio peracto
perficies declinacionem stelle proposite.
Si vero iste partes proporcionales invente
habuerint diversos titulos. Ita quod una illa-
rum habeat A. altera vero M. tunc in eo casu
minor pars proporcionalis subtrahatur a ma-
iori non curando de titulo minoris .s. eciam
quod minor habeat titulum A. Et facta subtra-
ctione residuum addatur ad declinacionem prioris
introitus si pars proporcionalis maior a qua
fit subtractio habet titulum A vel minui
si eadem habet titulum M. Et sic operando resultat

Declinacio planete quam queritis

Duodecimo. vide tandem si declinacio stelle accepta est supra scalam rubeam tunc denominabis declinacionem huiusmodi septemtrionalem. Si autem infra scalam denominabis eam meridionalem

Annexio. Si contigerit quod pars proporcionalis non possit subtrahi a declinacione prioris introitus. tunc in eo casu declinacionem prioris introitus subtrahe a parte proporcionali hoc tamen adiecto quod declinacionis prioris introitus debes mutare in aliam declinacionem hoc est si declinacio a qua non poterat fieri subtractio fuerat septemtrionalis mutabo in meridionalem . i. ipsam notabo meridionalem et non septemtrionalem . sic e contra. Si declinacio inventa a qua non potuit fieri subtractio est meridionalis mutanda est in denominacione declinacionis septemtrionalis. Itaque illa septemtrionalem nominabis. Et non ulterius meridionalem.

Annexio. altera. Si contingat quod argumentum commune sive declinacio prioris introitus incipiat scalam cum numero immediate sequenti ita quod una declinacio sit infra scalam et altera que ipsi comparatur sit supra scalam rubeam tunc in hoc caso declinacio prioris introitus iungatur cum eodem numero immediate sequenti et Habebis ex toto agregato differenciam. Hoc tamen adiecto quod declinacio prioris introitus antequam iungatur cum numero immediate sequenti debes notare in parte tabule quam differenciam multiplicabis per minuta longitudinis. Si talis casus in longitudine accidit Et provenit pars proporcionalis addenda vel minuenda secundum titulum differencie cetera exequendo sicuti prius dictum est. Si vero talis casus occurrit racione latitudinis hoc est quod declinacio prioris introitus sit ex una parte scale et altera secundi introitus. ex altera parte scale tunc in hoc caso utraque declinacio insimul iungenda ac pro differencia ponenda. Servata tamen declinacione prioris introitus in parte table. Tunc differenciam dictam multiplica per minuta addiferencia gradibus latitudinis Et provenit secundum tabulam proporcionum ad 60 pars proporcionalis addenda vel minuenda a declinacionis prioris introitus. Iam servatam secundum exigenciam tituli differencie. A vel M. Cetera deinde exequendo ut in prima parte monstratum est

Et quoniam. Huiusmodi canon presupponit planetam cuius declinacionem queris habere

latitudinis octo gradus si sic stella fixa sit si-
ve planeta Ideo ponendus est canon pro inve-
nienda declinacione planetarum et aliarum stel-
larum non habencium latitudinem.

Canon ad inveniendam declinacionem planetarum non habencium latitudinem

Cum sol et pars fortune caput similiter et cau-
da draconis habeant latitudinem similiter de-
cima domus et quarta et similia que sub eclipti-
ca sunt et ab ea non declinant neque removentur
Ideo ad horum declinaciones inveniendas sic procedas
cum longitudine eorum a cum signo gradibus et minutis
intra in tabulam declinacionum querendo signum
in fronte tabule Et sub figura inibi que posita
in fronte tabule servatur declinacio planete ex
opposito illius gradus. Quod si ultra gradus fuerint
minuta gradibus adiacencia intra duplici introi-
tu sicut supra dictum est / Annexio. In denominan-
da declinacione septemtrionali vel meridionali
non te decipiat scala rubra que posset te infra
in hoc decipere signatur enim in secundo folio
facie et posses decipi putando quod declinaciones
que sunt notate supra ipsam sint septemtrio-
nales et tamen sunt meridionales. quod erat
factum quia propter brevitatem seu parvitatem
folii non poterant declinaciones meridionales

continuari. Ideo ut sub cautela respicere semper
signum longitudinis si sit septemtrionale vel
meridionale Et quale est signum taliter denomina-
bis inventam declinacionem Et sic numquam errare po-
teris

Canon ad inveniendam declinacionem cuiuslibet planete seu stelle fixe excedentis latitudinem octo graduum in quo dilucidatur problema secundum Jo. de M. Re

Dixit Joannes cum plurime stelle fixe multo
lacius evagentur ab ecliptica quam per octo
gradus quarum inflexus sive propter corporum
magnitudinem sive propterearum ad alias sic
fixas sive erraticas colligancia vel coniunctiones
semper animadvertendus est. Si quid stel-
le fixe Ptolo. testimonio dant dona gradia
quamvis septemtrionem inferiores fiant Ideo
oportet generalem declinacionum computacionem
tradere quo curiosi atque abundiores genitu-
ras iudicatori accidencia futura previderes
possint. Ego tibi tamen consulo quod pro de-
clinacione stelle erratice i. planete invenienda
utere primo canone. quia erratica non excedit
octo gradus latitudinis. Pro aliarum vero stella-
rum declinacionibus que solent octo gradus lati-
tudinis excedere utere sequenti,

Primo. Accipe longitudinem stelle cuius queris declinacionem habens s. signum gradus et minuta. Secundo. accipe eiusdem stelle latitudinem cum suo titulo S. i. septentrionalem vel M. i. meridionalem. quamquidem longitudinem et latitudinem reperies per canones superius traditos

Tercio. cum longitudine eiusdem stelle intra in tabulam declinacionum generalem querendo signum ubi poteris. Si illud reperies in fronte tabule tunc sume gradus signi in prima linea sive columna sinistre partis. Si vero signum stelle reperies in parte inferiori tabule tunc sume gradus illius in prima linea dextre partis et in communi angulo accipies arcum notatum in gradibus et minutis et eciam numerum multiplicandum Et utrobique tibi nota

Quarto. Si longitudini stelle ultra gradus minuta adheserit fac secundum introitum quo ad gradum sequentem descendendo si signum stelle in parte superiori tabule fuerat inventum vel ascendendo si signum stelle in parte inferiori tabule fuerat inventum et e regione eiusdem gradus sequentis accipe alterum arcum et alterum numerum multiplicandum sibi correspondentem faciendo comparacionem inter eos proporcionabiliter

inter arcum primi introitus Et arcum secundi introitus et inter numerum multiplicandum primi introitus et numerum multiplicandum secundi introitus quis eorum maior minorve fuerit Et facta subtractione minoris a maiori proveniet differenciam tam pro arcu quam pro numero multiplicando quas differencias cum suis titulis a vel M. i. adde vel minue notabis a si sequens numerus maior fuerit. M. vero si minor

Quinto. Differenciam arcus multiplicabis per minuta adherencia gradibus cum quibus intrare primo introitu non potuisti per tabulam 60 minutorum Et invenies in angulo communi tabule partem proporcionalem addendam vel minuendam a communi angulo iuxta titulum sue differencie Et erit arcus equatus

Sexto. Differenciam numeri multiplicandi eciam multiplicabis per eadem minuta adherencia gradibus longitudinis cum quibus intrare non potuisti Et numerum multiplicatione procreatum divide per 60. et proveniet pars proporcionalis addenda vel minuenda iuxta titulum sue differencie a numero multiplicando et erit numerus multiplicandus equatus.

Septimo. Arcui sic invento et equato adde

Latitudinis stelle si signum longitudinis et latitudo fuerint eiusdem denominacionis hoc est si signum longitudinis est meridionale. Et latitudo meridionalis vel ambo septentrionales. quod si longitudo et latitudo fuerint diversarum denominacionum. Ita quod una sit septentrionalis et alia meridionalis. tunc unum ex alia subtrahe scilicet minorem a maiori, Et arcus collecti qui ex tali operacione provenerit vocabitur arcus circuli latitudinis stelle inter equinoctialem circulum et verum locum stelle. arcus tamen iste debet denominari titulo S. vel M. i. septentrionalis vel meridionalis iuxta titulum maioris numeri a quo fit subtractio.

Octauo. Cum tali arcu vade ad tabulam sinus recti querendo gradus in fronte tabule. minuta vero in latere et ex opposito utrorumque in communi angulo accipiendus est numerus multiplicans,

Nono. per hunc numerum multiplicantem quem ex tabula sinus recti assumpsisti multiplicabis simplici multiplicacione numerum multiplicandum olim equatum et ex numero toto iam multiplicatione procreato reiice quinque figuras incipiendo a parte dextera residuum servando quod si iste quinque figure reiecte plus valuerint quam 50000. tunc pro illis abiectis ad residuum servatum unitas addatur: at si ille quinque figure reiecte non superaverint 50000 tunc pro illis reiectis nihil ad residuum apponendum,

Decimo. Cum tali itaque residuo intra in tabulam sinus recti querendo tale residuum precise in propria forma ubi potest inveniri. quod si precisse inveniri non potest. accipe numerum minorem et illum in parte superiori tabule accipe gradus: in prima vero linea sive colomna sinistre partis accipe minuta qui gradus et minuta vocabuntur declinacio stelle quesita. que declinacio habebit titulum S. vel M. i. septentrionalis vel meridionalis iuxta titulum utriusque argumenti scilicet ex longitudine et latitudine si ille fuerint eiusdem denominacionis ut superius dictum est. vel iuxta titulum residui quod remansit ex subtractione minoris a maiori. sive longitudo fuerit maior latitudine, vel e contra Et sic operando habebis stelle fixe declinacionem que maxima vocatur declinacio ad omnium stellarum sive planetarum non excedentium octo gradus latitudinis. Annexio. Si post subtractionem latitudinis ab arcu vel e contra scilicet arcus a latitudine nihil remanserit tunc latitudo stelle et arcus predicti circuli latitudinis inter

equinoctiali circulorum et ecliptica sint equales

De ascensionibus rectis planetarum aliarumque stellarum fixarum caput XXII.

Vt prius intelligatur quid sit ascensio recta planete sive stelle quid vero obliqua sciendum primo est quod datur . Sphera recta . et datur . sphera obliqua Sphera recta dicitur . In qua orison . i . terminator visus . transit per polos mundi . Ita quod nullus polorum elevatur supra orisontem . Et idem orison intersecat et intersecatur ab equinoctiali circulo ad angulos rectos sphericales.

Sphera vero obliqua dicitur . In qua orison est obliquus . Itaque alter polorum elevatur supra orisontem.

Secundo sciendum . quod motus planetarum numerantur in zodiaco tamen cum arcus zodiaci ascendunt gradus equinoctialis circuli qui incipiunt . numerari a principio arietis : Sunt autem in equinoctiali circulo . 360 . qui a principio arietis numerantur .

Tercio sciendum . quod medietas celi vocatur ascendens . et medietas descendens : a quarta domo usque ad decimam per orientem transeundo vocatur ascendens . Altera vero . a decima usque ad quartam per occidentem transeundo dicitur descendens.

Planeta itaque existens in medietate celi ascendente

dicitur ascendere et cum est in tali medietate eius queruntur ascensiones obliquae Cum vero est in medietate celi descendente dicitur descendere et tunc eius queruntur descensiones obliquae.

His notatis apparet quod ascensio recta planete sive stelle nihil aliud est quam numerus graduum in equinoctiali circulo incipiendo ab ariete . cum quibus stella ascendit in zodiaco . Et hoc in sphera recta ¶ Et ascensio obliqua est numerus graduum in equinoctiali circulo stelle cum quibus eadem ascendit in zodiaco Et hoc in sphera obliqua ¶ Et querere ascensionem rectam est quere quot gradus gradus equatoris stella iam pertransivit in sphera recta . ¶ Et querere ascensionem obliquam stelle est querere numerum graduum stelle in equatore incipiendo ab ariete correspondentium loco ipsius stelle in zodiaco et hoc in sphera obliqua

Ex his apparet quid sit descensio obliqua per oppositum . Preter hec eciam Intelligendum quod planeta sive stella existens in cuspide decime domus vel quarte dicitur habere ascensiones rectas Et queritur eius ascensio recta . Quando vero est in reliquis locis medietatis celi ascendentis

sicut in tercia. secunda prima. duodecima. undecima et decima domo queritur eius ascensio obliqua Quando vero. In reliqua medietate celi descendente: semper queritur eius descensio obliqua: sicut nona. octava. septima. sexta quinta et quarta

In primis igitur tradam canonem inveniendi ascensionem rectam planete. i. invenies quot gradus equinoctialis circuli percursi sunt a principio arietis usque ad gradum signi in zodiaco in quo est planeta in orizonte recto. Ex quo sequitur quod si cuspis: esset v. g. decima arietis et planeta esset in decimo gradu et 30 minuto tunc eius querenda est ascensio recta. Si vero esset in gradu decimo et minuto 35. vel 40 tunc eius queratur ascensio obliqua Idem de planeta existente ultra cuspidem quarte domus intelligas

Canon inveniendi ascensiones rectas planete ac eciam stelle fixe non excedentis octo gradus latitudinis in quo dillucidatur problema tercium Joannis de monte Regio.

Si ascensionem rectam planete vel stelle fixe non excedentis octo gradus latitudinis invenires volens. Habeas primo eius longitudinem a signum gradus et minuta, quam ex superioribus adinvenies.

Habeas quoque eius latitudinem in gradibus scilicet et minutis cum suo titulo notatam. s. S. i. septemtrionalem. vel M. i. Meridionalem.

Secundo cum predicta longitudine et latitudine vade ad tabulam mediationum celi. et queres primo signum longitudinis in fronte tabule gradus vero sub eodem signo in prima linea sive columna sinistre partis. Similiter gradus latitudinis quere in fronte tabule Habito respectu ad titulum latitudinis tamen Si est latitudo Septemtrionalis quere eius gradus in fronte tabule in parte folij sinistra. Si vero meridionalis queres gradus eius in parte folij dextra. Similiter in fronte tabule et in communi angulo accipe ascensionem rectam planete sive stelle fixe quam querebas.

Tercio si circa longitudinis gradus sunt minuta fac sicut introitum quo ad gradum sequentem descendendo ex opposito eius accipe alteram ascensionem rectam ac eam priori conferas que illarum maior minorve extiterit. Inspiciendo. Subtracta namque minore a maiori provenit differentia suo titulo signanda s. A vel M. A i. adde si sequens introitus maior fuerit M. i. minue si minor.

N

Cautella. Si angulus communis primi introitus subtrahi no pot a numero imediate sequenti tunc addantur 360 gradus ad sequentem numerum sive ascensionem Et sic subtrahes angulum commune a numero primi introitus a numero imediate sequenti. Iubet enim Joannes de monte regio semper debere subtrahi angulum communem s. primi introitus a numero imediate sequenti

Quarto. Eam differentiam sic provenientem multiplica per minuta longitudinis cum quibus no intrasti et hoc per tabulam proporcionum ad 60 minuta Et proveniet pars proporcionalis que semper est addenda ad communem angulum prioris introitus. Ideo eam cum titulo A semper nota. tamen anteque ista pars proporcionalis addatur debet subscribi communi angulo cum suo titulo

Quinto. Si gradibus latitudinis minuta adheserint cum quibus no intrasti tunc fac secundum introitum lateraliter sub gradu sequenti latitudinis in fronte et ex opposito longitudinis prioris introitus lateraliter accipe aliam ascensionem quam confer ad communem angulum prioris introitus que utrum maior minorve fuerit. subtrahendo enim minorem a maiori proveniet differentia signanda titulo A vel M.

A si sequens introitus est maior. M. si idem maior fuerit.

Sexto eam differentiam latitudinis multiplicabis per minuta graduum latitudinis adherencia cum quibus intrare no potuisti per tabulam proporcionum ad 60 et proveniet pars proporcionalis que debet subscribi prime parti proporcionali s. longitudinis Et hoc cum titulo suo differentie A vel M.

Septimo. Adverte titulos utriusque partis proporcionalis si ambe fuerint eiusdem denominacionis a si utraque habeat titulum A vel M tunc tales partes simul addantur. Et hoc facto sum addicione procreatum addatur ad communem angulum prioris introitus Et proveniet ascensio recta stelle sive planete. At si iste due partes proporcionales Ita se habeant quod una habeat titulum A. altera vero M. tunc confer eas adinvicem que utrum maior minorve fuerit et subtrahatur minor a maiori et quod ex subtractione remanet iuxta titulum eius a quo fit subtractio s. maioris addatur ad communem angulum prioris introitus vel subtrahatur et proveniet ascensio recta stelle quesita.

Annexio. quociensque in hoc ascensioe recta inventa in gradibus plus occurrit quam 360, abiciendi sunt et residuum pro ascensione recta tenendum est.

Annexio altera. Contingit aliquando quod numerus anguli communis est maior numero collaterali in dextra parte vel sinistra computando Et hoc racione latitudinis. Et econtra si numerus collateralis sit maior quam angularis cum tunc in hoc casu semper numero minori addendus est circulus 360 gradum et aggregato utendum est ut prius admonui

Canon inveniendi ascensionem rectam planete sive stelle nullam penitus latitudinem habentis

Cum sol caput et cauda draconis pars fortune et consimiles sicut quinta domus et decima nullam habeant latitudinem: edocere oportet quomodo eorum ascensiones rectas venari possemus. Iuxta problema Ioannis de Monte Regio sic procedendum est. Vade cum longitudine planete ad tabulam mediacionis celi querendo signum in fronte tabule gradum vero eius in prima linea sinistre partis et ibi sub figura nihil accipe ascensionem rectam stelle cetera perficies ut fecisti in precedenti canone monui et habebis ascensionem rectam planete sive stelle quesitam.

Potes eciam. Invenire ascensionem rectam stelle non habentis latitudinem per tabulas ascensionum rectarum signum longitudinis in fronte tabule querendo gradum vero longitudinis in prima linea sive columna sinistre partis et in communi angulo occurret ascensio recta stelle.

Memento tamen. duplicem introitum facere si circa gradus minuta fuerint ut solet fieri in rebus astronomicis.

Si vero intento. velles habere ascensionem rectam quarte domus id est anguli terre sic operaberis accipe ascensionem rectam decime domus et adde illi 180 gradus Et proveniet ascensio recta anguli terre.

Cautella. Si facta addicione resultat in gradibus plus quam 360. abiciantur et residuum pro ascensione recta anguli terre tenendum

Canon generalis inveniendi ascensionem rectam cuiuslibet planete et eciam stelle fixe non excedentis octo gradus latitudinis quam excedentis in quo dillucidatur problema quintum Io. de M. R.

Ut generalius cuiuslibet stelle tam excedentis quam non excedentis. octo gradus latitudinis ascensionem rectam invenire queas. Habeas primo longitudinem stelle cuius queris ascensionem rectam in signis gradibus et minutis.

Secundo. Cum eadem longitudine intra tabulam media-
cionum celi generalem querendo signum in fronte tabule
Et gradus in prima linea sinistre partis Et in co-
muni angulo accipe radicem ascensionum in gradibus et mi-
Et ex opposito eius lateris numerum multiplicandum
seorsum ista omnia notando.

Tercio Si circa gradus longitudinis sint minuta fac
secundum introitum ad gradum sequentem descendendo et regi-
one eius accipe eciam radicem ascensionum cum numero multi-
plicando. Demum primam radicem ascensionis confer ad
sequentem videndo que illarum maior minorve fu-
erit et facta subtraccione minoris a maiori pro-
veniet differencia signanda titulo A vel M. A si se-
quens maior. M. vero si minor fuerit.

Quarto. Eam deinde fac in minuta multiplica per minuta
gradibus longitudinis adherencia cum quibus non
intraveras per tabulam proporcionum ad 60 et pro-
porcionalis proveniens, iuxta titulum sue differencie
addatur vel minuatur a radice ascensionis
primi introitus et proveniet radix ascensionis
equata signanda in parte tabule

Quinto. Eciam numerum multiplicandum secundi
introitus confer ad numerum multiplicandum primi
introitus. advertendo quis illorum maior minorve
fuerit et facta subtraccione minoris a maiori

proveniat differencia notanda titulo A vel M. A si
sequens numerus maior fuerit. M. vero si minor

Sexto Eam deinde fac extractam multiplica per
minuta longitudinis stelle simplici multiplicacione
Et productum ex huiusmodi multiplicacione prove-
niens divide per 60. Et in numero quociente pro-
veniet pars proporcionalis addenda vel minuenda
numero multiplicando primi introitus iuxta
titulum differencie Et habebis numerum multiplicandum
equatum quem serva in parte tabule

Septimo. Habeas declinacionem stelle cum ascensi-
onem rectam queris ex canonibus superioribus
nota ex problemate primo. Si stella non excedit
octo gradus latitudinis. vel secundo. si vero gene-
raliter sive excedat sive non excedat cum qua decli-
nacione fac secundum introitum in tabulas secundam
querendo tuos gradus declinacionis ubi potes
sub titulo Cn. i. gradus et regione eorum gradus
declinacionis. assume numerum multiplicantem
et illum nota.

Octavo. Si circa gradus declinacionis occurrant
minuta cum quibus non intrasti fac secundum introitum
ad gradum sequentem descendendo Et e regione
illius accipe alterum numerum multiplicantem et illum
ad priorem confer quis illorum maior minorve

fuerit Et facta subtractione minoris a maiori pro
venerit differentia notanda titulo a vel M. A. si sequens
numerus maior fuerit. M. vero si minor.
Nono. facere differenciam multiplicatis simplici multi
plicacione per minuta adherencia gradibus decli:
nationis cum quibus non intrasti et productum
ex tali multiplicacione divide per se 60. et in
numero quociente provenit pars proporciona:
lis addenda vel minuenda numero multipli:
canti primi introitus iuxta dicte titulum et ita
habebis numerum multiplicantem equatum quem sub
scribas numero multiplicando etiam prius equato
Decimo. per talem numerum multiplicantem multi:
plica numerum multiplicandum simplici multi:
plicacione. Et a producto reiice quinque figuras
incipiendo a parte dextra. quod si iste quinque fi:
gure reiecte plus valuerint quam 50000 tunc
illis abiectis addes residuo unitatem quam uni:
tatem addes prime figure remanenti a dextra
parte Sed si reiecte quinque figure minus valu:
erint quam 50000 nihil residuo addatur
Undecimo. Cum tali residuo intra tabulas sinuum
rectorum illud arcuate querendo ubi potes sub ti:
tulo partes In propria forma si potes

quod si non potes accipe minorem proximiorem
pro inuento accipe in parte superiori tabule a
in fronte gradus. Minuta vero in prima linea a
in colomna sinister partis. Huiusmodi enim
gradus atque minuta appellantur arcus. Et talem
arcum a dictis gradibus et minuta scribe sub radi:
ce ascensionis olim servate.
Duodecimo. Vide si longitudo stelle cuius ascen:
sionem rectam queris. a dictus locus in zodiaco fu:
erit in signo quod est in medietate zodiaci descen:
dente que medietas incipit a principio cancri
transeundo per libram usque in fine sagittarii
vel in medietate zodiaci ascendente que est ab
inicio capricorni usque in fine geminorum.
Similiter vide declinacionem stelle qualis fuerit
septemtrionalis vel meridionalis. Et tunc si lon:
gitudo stelle fuerit in signo quod est de medieta:
te celi descendente. Et tunc hoc declinatio eiusdem
stelle fuerit Septemtrionalis Vel si longitudo
stelle fuerit in signo quod est de medietate
ascendente. Et cum habeat declinacionem meridio:
nalem tunc semper in hoc casu adde arcum inven:
tum predictum ad radicem ascensionis et habebis
ascensionem stelle quesitam.
Si vero longitudo stelle fuerit in Medietate
zodiaci descendente. et cum hoc declinatio

eros sit meridionalis. Aut longitudo fuerit
in medietate zodiaci celi ascendente et cum hoc declina
cio septemtrionalis tunc in hoc casu semper
minor et subtrahe arcum predictum a radice ascen
sionis. Et habebis ascensionem rectam stelle quesi
tam

Cautella. Quod si arcus predictos non poterit
subtrahi a radice ascensionis. quia illa ipso
minor fuerit. tunc ad radicem ascensionis adda
tur 360. Et fiat tandem subtractio.

Cautella altera. Si contigerit quod stella ali
quando non habeat declinacionem quod raro acci
dit. tunc radix ascensionum sumpta ex tabula
generali mediacionum celi demonstrat ascensionem
rectam stelle quesitam et non oportet ulterius operari
Et pro faciliori dictorum cognicione depinximus
infrascriptam figuram

			declinacio	declinacio
Medietas zodiaci	Descendens	♋. ♌. ♍. ♎. ♏. ♐.	Septemtrionalis	Meridionalis
	Ascendens	♑. ♒. ♓. ♈. ♉. ♊.	Meridionalis	Septemtrionalis

De distanciis stellarum a medi[di]ano. Ca: XXIIII

Quoniam pro habendis ascensionibus obliquis
nec non et descensionibus obliquis planetarum sive
stellarum oportet scire modum inveniendi distancias
stellarum a meridiano. et elevaciones poli super
circulum posicionis stelle. Ideo de hiis ad praesens
pertractandum est. Jo. de monte Regio pro:
blemate decimonono. declarabat quid sit di
stancia stelle et quomodo differat ab eloga:
cione. Et dixit. distancia et elongacio conveni:
unt: Ambe enim hee due voces significant di:
stanciam stelle seu arcum equatoris interceptum
inter meridianum et arcum transeuntem per ste:
llam et per polos mundi. Differunt tamen in
duobus.

Primo. quod quando stella est supra terram
ubicumque fuerit sive ante meridianum diurnum in
parte orientali. sive post meridianum in par:
te occidentali vocatur distancia et elongacio
Similiter. quando stella est sub terra. sive ante
meridianum nocturnum in parte occidentali sive
post in parte orientali dicitur distancia et elonga:
cio. ¶ Sed quando stella est infra terram tunc ar:
cus equatoris intercepti inter ipsam stellam et me:
ridianum diurnum vocatur elongacio et non distancia
¶ Similiter. si stella esset supra terram tunc arcus ille
interceptus a stella ad meridianum nocturnum
vocatur elongacio. Corelarie sequitur. quod di:
stancia aut tota est supra terram. sive orizontem
aut tota est infra orizontem et elongacio non
umquam tota est supra terram. Et aliquando tota infra
terram

Et hoc. quando coincidit cum distancia sed aliquando pars eius est supra terram et pars infra et tunc non coincidit cum distancia.

Secunda differencia. In qua differunt est quia semper elongacio fit secundum successionem signorum. Sed distancia aliquando secundum successionem signorum aliquando contra. Et ideo in elongacione aliquando contingit numerare a stella ad meridianum aliquando a meridiano ad stellam ut attendatur successio signorum.
In distancia vero non ita quia semper distancia a meridiano computatur. Et ita fit quod aliquando secundum successionem signorum aliquando contra.

Modus inveniendi distanciam stelle a meridiano ubi dillucidatur problema decimum nonum Jo. de Monte Regio

Pro distancia itaque stelle cuiuslibet a meridiano invenienda ponuntur quedam regule quarum prima est. Si stella existens supra terram ut in duodecima, undecima, et decima domo celi nondum meridianum attingit. tunc subtrahe ascensionem rectam decimi domus seu medii celi ab ascensione recta stelle: quas ascensiones habebis ex superioribus canonibus: Et facta subtractione proveniet distancia stelle supra terram a meridiano que distancia debet notari cum suo titulo

videlicet isto supra terram. Annexio. Si non potest fieri subtractio ascensionis recte medii celi ab ascensione recta stelle accommoda 360. Deinde subtrahe

Secunda regula. Si stella existens supra terram transierit meridianum scilicet per motum diurnum ab oriente in occidentem intelligas quod transierit lineam decime domus ut potest cum stella est in nona octava et septima domo: tunc subtrahe ascensionem rectam stelle ab ascensione recta medii celi. Et proveniet distancia stelle a meridiano supra terram. que debet isto titulo videlicet supra terram notari.

Tercia regula. Si stella est sub terra et nondum attigit meridianum anguli terre. ut cum est in sexta. quinta vel quarta. domo: tunc subtrahe ascensionem rectam anguli terre ab ascensione recta stelle et proveniet distancia stelle subterranea signanda titulo sub terra.

Quarta regula. Si stella transierit meridianum anguli terre sicut quando stella est in secunda aut tercia domo: tunc ascensionem rectam stelle ab ascensione anguli terre subtrahe et proveniet distancia terre subterranea signanda suo titulo scilicet subterra. Notandum quod si stella precisse est in cuspide decime vel quarte domus

tur nota est cuius distancia querenda a meridiano
quia est precisse in linea meridionali

Amplius notandum quod sicut ex ascensione recta
medij celi docuit Joannes invenire distanciam
stelle a meridiano. Ita vice versa ex distancia do-
cet invenire ascensionem rectam medij celi et an-
guli terre ut potes videre apud eum sicut eciam
ubi docet invenire elongacionem solis a meridiano
Et similiter horas que effluxerit post meridiem ha-
bito solis loco cognito.

De eleuacione poli borealis Supra circulum posi-cionis stelle. cuiuscunque Caput XXIIII

Pro dicendis eciam necesse est scire elevacionem poli
Borealis supra circulum posicionis stelle cuius que-
ris elevacionem poli. Ideo non ignorandum quod cir-
culus posicionis appellatur circulus quidam ima-
ginarius transiens per duas communes secti-
ones duorum circulorum scilicet meridiani et orizontis
per centrum stelle aut aliud punctum in celo cuius
queris elevacionem poli querere. Igitur elevacionem
poli borealis stelle est querere quantum elevatur
polus borealis supra circulum posicionis in quo
iacet stella propterea quod fabricavit Jo. de
Monte Regio tabulas posicionum particulares,
Et in unaquaque tabula in latere suo sinistro

ponuntur declinaciones tam scilicet septemtriona-
les et meridionales que declinaciones extendun-
tur ad 32. gradus. quia non possunt planete ma-
iorem declinacionem habere. In parte vero supe-
riori earundem tabularum transversaliter compu-
tando ponuntur numeri elevacionum poli su-
pra circulos posicionis. In area vero
tabularum ponuntur distancie cuiusque stelle
ut in sequenti canone edocentur.

Canon inueniendi eleuacionem poli borealis Supra circulum posicionis Stelle aut cuiusque puncti in celo Signati in quo dillucidatur problema vigesimum Jo. de Monte Regio

Habeto primo latitudinem tue regionis id est ele-
vacionem poli tue regionis.

Secundo. Hanc latitudinem queres in tabulis parti-
cularibus posicionum que sunt numero quatuor Si
illam invenire potes in propria forma quod
si non potes accipe latitudinem propinquiorem
minoremque sicut prestaret comparare tibi ta-
bulam specialem posicionis ad elevacionem poli
tue regionis. quam comparabis per canonem no-
bis traditum in fine nostri introductorij astro-
logici.

Tercio. Vide si stella corrobori elevacionem poli.

inveniet. sit sup tra an sub tra, si sup tram
tunc eius declinacionem in gradus eius quere in
latere sinistro tabule facte pro tua regione set
propinquioris si precise pro tua regione habere
no potes: Intrando cum denominacione declinacionis
cuius stelle septemtrionalis vel meridionalis
supra terram vel sub terra iuxta partem tabule
deservientem illi declinacioni. advertenda quod
eadem pars table deservit declinacioni septemtri-
onali supra terram et meridionali sub terra
sicut una alia eadem deservit meridionali su-
pra terram. Et septemtrionali sub terra. quia
ista tabula posicionis deberet esse tota una set
ob libri comoditatem diversa fuit.

Quarto. Inventa declinacionis tue stelle quam
querebas in latere sinistro table tue regionis
illis gradibus quere arcuatam distanciam stelle
a meridiano quam invenisti per precedentem
canonem sive fuerit ante meridiana. sive post
meridiana. In propria forma. si potes:
vel si precise no potes. sume minorem collatera-
lem distanciam proximiorem Et hoc in laterali
colomna eundo versus sinistram partem ex oppo-
sito graduum declinacionis. Et talem distanciam
nota in parte table Et supra eandem distancia

distanciam assume gradus poli in fronte tabule.

Quinto. Si distancia precise no invenisti tunc
fac secundum introitum quo ad colomnam sequentem Et
hoc versus dextram partem. e regione cuius prius
distancie assume aliam distanciam ex eadem colom-
na sequenti. Deinde unam alteri confer que illarum
maior minorve fuerit. Et facta subtractione mi-
noris a maiori proveniet differentia pro primo
termino notanda.

Advertencia In hoc habenda est quod si eve-
nerit quod distancia stelle que est minor tua
proposita quam accepisti sit in ultima linea
seu colomna folij versus dextram partem. tunc ex-
quo precise propositam no invenisti oportebit te
secundum introitum facere. Ideo ne decipiaris debes
accipere distanciam aliam. in altera facie folij
in prima colomna in directo eiusdem gradus
declinacionis quam confer prime ut dictum est.

Sexto. distancia primi introitus subtrahe a
distancia tua proposita quam arcuatam invenire
requisisti. Et proveniet differentia pro secundo termino
ponenda

Septimo. pone 60 pro tercio termino.

octavo. secundum terminum per tercium multiplica et
numerum ex huiusmodi multiplicacione productum
divide per primum. et in quociente proveniet pars

proporcionalis habens denominacionē minorū que
si excreserint ad. 60. pone gradū unū ad gradus poli.
Annexio. Si in divisione aliquod residuum fuerit
quod nō pōt dividi. tunc. vide si est medietas
numeri dividentis vel plus tunc adde unitatē
quocienti. Si vero est minus quā medietas diviso-
ris tunc reiciatur.
Nono. talem partē proporcionalē sic extractā
appone ad gradus poli primi introitus minu-
ere distancia primi introitus. Et habebis
polū planete ꝙ elevacionē poli borealis sup
circulū posicionis stelle sive planete cuius eleva-
cionē queris
Decimo. Si circa declinacionē ultra gradus mi-
nuta adheserint cū quibus nō intrasti fac secundū in-
troitū. ascendendo vel descendēdo quo ad gradū
sequentem. in prima linea seu colūna sini-
stre partis ascendendo: Si declinacio fuerit
septentrionalis supra terram et meridionalis
sub terra. Vel descendendo si declinacio fuerit
meridionalis supra terram et septentrionalis
sub terra. ē regione cuius sequentis gradus di-
stancia tua propositam eciam accurate quere
in propria forma si poteris. Si vero nō po-
teris sume proximiorem minorē supra quam

distancia assume gradus poli in fronte tabule
notatos quos gradus poli subscribe polo primi
introitus equato. &c.
Undecimo. Si precise distanciā nō invenisti
ex opposito sequentis gradus declinacionis fac
secundum introitum quo ad sequentem colomnā versus
dextram partem tendendo. Et illud associate
alia distancia quā confer ad primā que illa-
rū maior minorve fuerit facta namque sub-
tractione minoris a maiori provenerit diffe-
renciam pro primo termino notabis.
Duodecimo. distanciā accurate inventā subtrahe
a distancia tua proposita Et provenerit differencia
pro secundo termino ponenda.
Decimo tercio. Accipe 60 pro tercio termino.
Decimo quarto. Secundum terminum per tercium multipli-
ca Et numerum ex tali multiplicacione produ-
ctū divide per primum. Et in quociente pro-
venirit pars proporcionalis minorū que si
excreverint. 60 apponatur pro eis gradus unus
gradibus poli ut requirit racio astronomica
Decimoquinto. talem partē proporcionalem
minorū appone iuxta gradus poli secundi introi-
tus et habebis polū secundi introitus equatum
Decimo sexto. Hos ergo duos polos confer ad invicem

pars illorum maior minore fuerit et facta sub-
tractione minoris a maiori provenit differentia si-
gnanda titulo poli sequentis a vel M. A si
sequens polus maior fuerit M vero si minor

Decimo septimo. Eandem differentiam polorum sic inventam
multiplica per minuta declinacionis stelle pre ta-
bularum 60 minutorum et provenit pars proporcio-
nalis signanda titulo sue differentie a vel M.

Decimo octavo. Talem partem proporcionalem adde
vel minue a polo primi introitus iuxta suum
titulum Et provenit polus precisse equatus i. pre-
cissa elevacio poli borealis supra circulum po-
sicionis stelle sive planete cuius queris elevaci-
onem

Circa predicta sunt quedam cautelle advertende

Prima quod est si aliqua differentia diverse denomi-
nacionis provenerit ut graduum scilicet et minutorum redu-
cas gradus multiplicando illos per 60 ad deno-
minacionem minutorum. Et sic erit eadem denomina-
cio scilicet minutorum. Sic addendo. Sic alia minuta
que circa gradus erant totum fiet una denomina-
cio ut postea facilius possis eligere partem pro-
porcionalem addenda polo sicut supra docu-
imus. Et si tamen in declinacionis quam in dista-
cia ultra minuta fuerint secunda si illa secunda fu-
erint plura quam 30 adde pro eis unum minutum

ad minuta ut facilior sit opacio. Si vero sint minora
quam 30 reycienda sunt Itaque si sint 30 solomodo
reycienda quam. Et hoc in omni opacio astronomi-
ca faciendum

Qualiter invenienda est elevacio poli stelle fixe
cuius declinacio sit plusquam 30 graduum

Canon precedens elevacionem poli docet invenire
planete sive stelle non excedentis 32 gradus de-
clinacionis. Si vero excesserit predictos gradus
32 declinacionis. Tunc advertas quod non poterit
eius elevacionem poli mediante eius distancia
adinvenire in tabulis posicio quoniam tabule ille
facte sunt solum ad 32 gradus declinacionis neque
etiam per tabulas posicionum eius elevacio po-
li adinveniri potest. quia oporteret operando per
huiusmodi tabulas accipere aliam distanciam versus
dextram. ex opposito prius invente quam non reperi-
bile oporteret ad sequentem gradum descendere. ad
quem non posset quia non invenitur in tabulis illis
33 gradus declinacionis. In huiusmodi igitur
stellis fixis vel precise 32 gradus declinacionis
habentibus vel excedentibus pro elevacione po-
li earum. Sumendus est polus tue regionis in quo
est nativitas. Si autem stelle fixe declinacio
32 gradus non excesserit tunc per tablas posi-

positionis mediante eius distancia et declinaci-
one ~~...~~ poteris invenire eius poli elevati-
cionem licet Joannes. in suo problemate dicat
composuisse tabulas, pro elevacionibus poli planetarum
que usque 32 gradus declinacionis transsiliat.
Preterea. Si contingat quod declinacio stelle sit
maior quam 32 graduum, eius tamen distancia sit in
tantum magno numero graduum quod nec ipsam nec
sibi propinquiorem invenire possis. Contingit
enim quod aliquando stella fixa que est in decima
domo et nondum contigit meridianum. Habeat multos
gradus distancie. Ita quod solet esse 300. et plus
pro eius ascensione recta. Et hoc propter earum
magnas declinaciones et latitudines, propterea
consulo quod non labores in hijs elevacionem poli
eius invenire in tabulis posicionum. sed accipe
sive plate poli tue regionis. pro suo polo ne
te in vanum macerres.

Quatr invenienda sit eleuacio poli planetarum siue stellarum fixarum nullam penitus declinacionem Habentem.

Si planeta sive stella nullam omnino declinacionem
habeant in eius elevacione poli sic procedas
Quere primo eius distanciam ex opposito istius
figure. nihil. in tabulis posicionum pro suo polo
factis vel propinquiori. Deinde super distancia
inventa accipe gradus poli. Et alia operando ut
in canone priori diximus. Non opus est enim hijs
eadem repetere

De ascensionibus obliquis planetarum siue stellarum ac de descensionibus similiter obliquis earum

Caput XXV

Dictum est a nobis superius quid sit ascensio obliqua
et quid descensio obliqua planete sive stelle. et quando
dicuntur habere ascensionem rectam et quando obliquam
similiter quando descensionem obliquam. Est enim ascensio obliqua
stelle numerus graduum eius in equatore ab ariete
numerando in parte celi ascendente correspon-
dens loco eiusdem stelle in zodiaco in sphera obli-
qua. Et sic querere ascensionem obliquam est que-
rere numerum graduum stelle in equatore in par-
te celi ascendente in sphera obliqua
Est autem sphera obliqua in qua orizon est obliquus
et polus elevatur supra orizontem. Namque in sphe-
ra recta orizon transit per utrumque polum et nul-
lus supra orizontem elevatur. ~~Et sic~~ Et sic
descensio obliqua est numerus graduum stelle in
parte celi descendente numerando similiter ab ariete
correspondens loco ipsius stelle in zodiaco Et hoc
in sphera obliqua. ¶ Et cum planeta sive stella
est in tercia secunda prima duodecima undecima ac
decima domo eius queruntur ascensiones obliquae
Cum vero est in nona. octava septima sexta
quinta. et quarta. eius queruntur descensiones obli-
que. cum vero sunt in cuspide decime et quarte domus

eius queruntur ascensiones etc. Postquam igitur in superioribus dedimus canones inveniendi ascensiones rectas cuiuslibet planete sive stelle nunc oportet tradere modum inveniendi ascensiones obliquas Deinde descensiones obliquas. Et quoniam planetarum sive stellarum alie sunt habentes latitudinem alie vero non habentes sicut sol qui semper sub ecliptica perambulat. Caput et cauda draconis pars fortune et consimilia. Et habentium latitudinem alie sunt non excedentes octo gradus latitudinis sicut planete. alie vero excedentes sicut plures stellarum fixarum. Incipiemus primo a stellis sive planetis nullam habentibus latitudinem earumque ascensiones obliquas invenire

Canon inveniendi ascensiones obliquas Stellarum sive planetarum nullam habencium latitudinem in quo dillucidatur problema Septimum Jo. de Mote Regio.

Stelle sive planete nullam habentis latitudinem ascensionem obliquam invenire. Sic licebit habeto primo longitudine stelle in signis gradibus et minutis

Secundo. latitudinem regionis sive latitudinem scilicet borealis stelle et elevacionem poli stelle supra orizontem quam invenisti per canonem proprium seu vigesimum problema Joannis.

Tercio. Hanc elevacionem poli stelle quere in tabula ascensionum obliquarum et hoc in superiori parte tabule.

Quarto. Sub eodem polo quere signum longitudinis stelle in fronte tabule in linea transversali quoque gradus vero eiusdem longitudinis in prima linea sive colomna sinistre partis Et in communi angulo assume ascensionem obliquam stelle quam in parte tabule nota.

Quinto si circa gradus stelle minuta fuerint fac sibi introitum sub eodem signo ad gradum sequentem descendendo. et regione eius alteram ascensionem obliquam assume quam confer prime advertendo que illarum maior minorve fuerit subtrahendo tum minorem a maiori provenit facta subtractione differentia signanda titulo A vel M. A si addere. Si sequens introitus maior fuerit M. vero si minor.

Sexto. Huiusmodi differentiam multiplicatis per minuta gradibus longitudinis adherentia cum quibus intrare non potuisti Et hoc per tabulas proporcionum ad eo minuta. et proveniet pars proporcionalis subscribenda communi angulo primi introitus cum titulo sue differentie. quod si minuta non fuerint circa polum tunc eam partem proporcionalem subscribe angulo communi

Et sic habebis ascensionem obliquam planete sive stelle equatam.

Septimo. Si circa gradus poli ipsius stelle minuta adheserint tunc cum longitudine predicta stelle intra sub polo sequenti querendo ibi signum in fronte tabule gradus vero in prima linea sinistra [illegible] Et in communi angulo assume ascensionem obliquam correspondentem tali signo et gradui. quam ascensionem obliquam confer ascensioni oblique primi introitus assumtam sub precedenti polo quis illarum maior minorve fuerit inspiciendo. Subtrahendo namque minorem a maiori provenit differentia signanda titulo A vel M. A si sequentis poli ascensio obliqua est maior quam ascensio obliqua prioris poli. M vero si minor.

Octavo. Eam differentiam multiplica per minuta que adherent gradibus elevationis poli ipsius stelle et non longitudinis et hoc per tabulas proportionum ad 60 minuta. et provenit pars proportionalis signanda titulo sue differentie A vel M. ac subscribenda priori parti proportionali invente sub polo precedenti.

Nono. Vide si partes ille proportionales sint communis tituli. hoc est quod utraque habeat A vel utraque M. tunc tales partes proportionales sibi invicem addantur. Et quod ex

ex additione provenit addatur ad communem angulum primi introitus sub polo precedenti si habuerit titulum A vel minoretur si eedem partes habuerint titulum M et sic provenit ascensio obliqua planete equata

Si vero partes proportionales fuerint diversarum denominationum ita quod una habeat titulum A altera vero M. tunc aspice que earum maior minorve fuerit et subtrahendo minorem a maiori provenit differentia utriusque partis proportionalis quam differentiam adde ad communem angulum sub priori polo inventum et equatum si pars proportionalis maior habuerit titulum A vel minue talem differentiam ab eodem communi angulo. Si pars proportionalis maior habuerit titulum M. Et sic provenit tibi ascensio obliqua equata quam querebas.

Aduertendum quod si aliunde quam ab initio arcus ecliptice computatores voluerint longitudines stelle non inchoaverint a principio arietis sed aliunde. puta a principio cancri vel capricorni ut antiquitus faciebant tunc dicit Joannes quere ascensionem obliquam correspondentem principio signi longitudinis sive arcus et illam nota. Similiter ascensionem obliquam correspondentem

fini hoc est ultimis gradibus eiusdem signi et subtrahe ascensionem obliquam correspondentem principio signi ab ascensione obliqua correspondenti fini seu ultimis gradibus signi accommodato integro circulo si non posset fieri subtractio et relinquetur ascensio obliqua arcus propositi seu totius signi.

Canon inveniendi descensionem obliquam stelle sive planete nullam habentis latitudinem.

Licet generali quodam modo descensio obliqua planete sive stelle inveniatur racione oppositi signi atque gradus ascensionis oblique. Nam si planeta est v. g. in ascensione obliqua in quindecimo gradu tauri tunc eius descensio obliqua erit in quindecimo gradu scorpionis. Unde per ascensionem obliquam possumus descensionem obliquam generaliter investigare tamen specialis modus descensionem obliquam stelle inveniendi est qui sequitur.

Primo. igitur habeas longitudinem stelle in signis gradibus et minutis

Secundo. tali signo longitudinis adde sex signa secundum signorum successionem et proveniet signum oppositum longitudinis stelle cum eodem gradu et minutis quo prius que longitudo signanda est in parte tabule

Tercio. quere eius stelle polum inventum seu ex canone

appropriato. Sive ex vigesimo problemate Joannis in tabulis ascensionum obliquarum ubi potes invenire

Quarto. Sub eodem polo quere signum predicte longitudinis stelle cui sex addidisti signa in fronte tabule gradus vero in prima linea sinistre partis et e regione accipe ascensionem obliquam signandam in parte tabule.

Quinto Si longitudinis stelle gradibus minuta adherent fac secundum introitum ab eodem signo ad gradum sequentem descendendo. e regione cuius accipe ascensionem obliquam quam confer ad ascensionem obliquam primi introitus que illarum maior minorve fuerit inspiciendo. facta enim subtractione minoris a maiori proveniet differentia notanda suo titulo A vel M. A si sequens introitus maior fuerit. M vero si minor.

Sexto. huiusmodi differentiam sic inventam multiplicabis per minuta adherentia gradibus longitudinis cum quibus intrare non potuisti per tabulas ascensionum. Et proveniet pars proporcionalis addenda vel minuenda a communi angulo primi introitus iuxta sue differentie titulum et proveniet ascensio obliqua stelle equata et hoc si circa gradus poli non adheserint minuta. Deinde mediante ascensione obliqua invenitur descensio obliqua

Septimo. Si ultra gradus elevacionis poli stelle minuta adheserint fac secundum introitum ad polum

sequente cum longitudine stelle ut in precedenti cano-
ne docui usque ad finem et proveniet ascensio obliqua
planete equata.

Octavo. eius ascensioni oblique sic invente adde
180 gradus et proveniet descensio obliqua stelle que-
sita vel minue. 180. et idem proveniet

Advertendum quod si post additionem 180 graduum
excreverint plus quam 360 abiciantur dicti 360 et
residuum pro descensio obliqua teneatur vel sic al-
tero modo operando scilicet minuendo ac subtrahendo
si non posses subtrahere. 180. gradus ab ascensione
obliqua tunc ascensioni oblique adde 360 gradus
et proveniet descensio obliqua planete sive stelle
non habentis latitudinem de qua nunc loquimur
utroque enim modo operando idem proveniet.

Modus alter facilior inveniendi descensionem obliquam stelle non habentis latitudinem

Si facilius descensionem obliquam planete sive
stelle non habentis scilicet latitudinem adinvenire
cupis Habeas primitus Longitudinem stelle in
signis gradibus et minutis.

Secundo polum eiusdem stelle. Tercio cum polo quere
in tabulis ascensionum obliquarum quarto. Sub tali
polo quere in fronte table signum oppositum illi
signo in quo est planeta gradum vero in prima
linea sive columna sinistre partis et in

Et in communi congerie accipies ascensionem obliquam
planete quam in parte tabule serva.

Quinto. Si circa gradus longitudinis minu-
ta adfuerint fac sicut intrando ad gradum se-
quentem descendendo et [illegible] eius accipe
ascensionem obliquam alteram quam confer ad primam
cetera exequendo sicut superius dictum est facien-
do eciam duplicem introitum de elevacione poli sic-
ut si circa gradus eiusdem elevacionis poli minuta
adfuerint

Sexto Habita ascensione obliqua planete si-
gni et gradus oppositi equata adde illi semi-
circulum scilicet 180 gradus. Et proveniet descen-
sio obliqua planete quesita.

Advertendo quod superius eciam monui
quod si ex addicione plus quam 360 gradus excre-
verint illos abice et residuum pro descensione
obliqua tene.

Dixit Joannes. quod si arcus ecliptice a longitudo
stelle aliunde quam ab ariete sumpserit initium
vel quod aliunde computaveris arcum ecliptice quam
ab ariete. tunc ut habeas descensionem obliquam ste-
lle dixit Joannes cum longitudine stelle a signo
vade ad tabulam ascensionum obliquarum Et sexta
canonis problematis septimi quere ascensionem
obliquam arcus sive longitudinis ei diametrale

oppositi scdm modum supra traditum Hanc tantā erit
descensio obliqua stelle posita.
Arcus aut seu longitudines diametraliter oppositas
dicit Joannes esse illas quorum principia et fines
inuicem diametraliter opponuntur s. quo ad signa et
gradus oppositos sicut totum signum piscium toti signo
virginis et sic de alijs tociens signi descensio
obliqua.

Canon inueniendi ascensionē obliquā stele Habentis latitudinē et tam excedentis quam non excedentis octo gradus latitudinis nō tn̄ excedētis 32 declinacionis in quo dillucidatur pblema Xm. Joannis

Supra dictum est aliquas esse stellas habentes
latitudinem et aliquas nō habentes. Item ha
bencium alias esse que nō excedunt octo latitudinis
gradus sicut planete. alias vero excedentes.
Amplius alie sunt stelle nō excedentes 32 gradus
declinacionis sicut planete. alie vero excedentes
sicut plurime stellarum fixarum.
Postquam igr tradidimus regulas inueniendi ascen
siones et descensiones obliquas planetarum siue
stellarum nullā habencium latitudinem oportet nunc
tradere regulas inueniendi ascensiones et descen
siones obliquas planetarum siue stellarum la
titudinē habencium. siue plus octo gradus lati
tudinis habencium siue minus.

Dummodo tamen 32 gradus declinacionis nō per
transeant Et primo de modo inueniendi ascen
siones obliquas earum loquamur. s. stellarum siue
erraticarum. siue fixarum. siue habeant latitudinem
infra octo gradus latitudinis. siue maiorem sed
tn̄ nō excedentis declinacionē 32 graduum. sicut
planete que talem declinacionē nō excedunt dicit
Joannes. Et hoc in quolibet orizonte et in quali
bet poli elevacione. pro meliori tamen dicendorum
intellectu. Joannes declarabat vsum tabule duarum
ascensionalium presenti canoni deseruiencium. et ait
se fecisse tabulas predictas in quas intrando in
venitur in latere sinistro vtriusque partis tam bo
realis quā australis declinacionē signatā ad
32 gradus. In parte vero superiori tabule po
nuntur elevaciones poli septentrionalis super
orizontes regionum ac circulos posicionum vsque ad
gradus 60. et in area table sunt dee ascensionum
Differencia aut. ascensionum dicuntur arcus e
quatoris quo differunt due ascensiones recte et
oblique seruientes eidem puncto ecliptice.
Venire igr ad canonē vtrumque oportet igr te habe
primo declinacionē stelle. Habito etiā elevacionem
poli stelle et hec ambo ex canonibus superioribus
Secundo Jntra in tablas duarum ascensionalium
querendo elevacionē poli stelle in parte superiori

tabule gradus vero declinacionis stelle sive sit de-
clinacio septemtrionalis sive meridionalis in
prima linea sinistre partis querantur. et in
communi angulo accipe differenciam ascensionum in gradibus
et minutis et serva illa in parte tabule.

Tercio. Si circa gradus declinacionis fuerint minuta
fac secundarium introitum ad sequentem graduum descendendo
e regione eorum. sub eodem polo aliam differenciam ascensi-
onum assume atque ad priorem confer videndo
que illarum maior minorve fuerit. Subtrahendo
namque minorem a maiori provenit differencia sig-
nanda titulo a. vel. M. et si sequens maior fu-
erit M. si minor

Quarto. Huiusmodi differenciam multiplicabis per minuta
adherencia gradibus declinacionis cum quibus in-
trare non potuisti per tabulam proporcionum ad
sexaginta minuta. Et provenit pars proporci-
onalis addenda vel minuenda iuxta titulum di-
fferencie ad communem angulum primi introitus et
habebis differenciam ascensionalem equatam

Quinto Si circa polum elevacionis stelle minuta appa-
ruerint fac secundum introitum ad sequentem polum
et ibi sub tali polo quere in prima linea sive
columna sinister partis gradus sive declinacionis
Et ex oposito illius gradus accipe aliam differenciam
ascensionalem quam in parte tabule nota.

Sexto propter minuta gradibus declinacionis ad-
herencia fac secundarium introitum quo ad gradum
sequentem descendendo sub eodem polo sequenti et ex
oposito dicti gradus sequentis accipe alteram differenciam
ascensionalem quam confer prime que illarum ma-
ior minorve fuerit Et facta subtractione mino-
ris a maiori provenit differencia signanda titulo a
vel M. et si sequens maior fuerit M. vero si
minor.

Septimo Huiusmodi differenciam multiplicabis per minuta
adherencia gradibus declinacionis cum quibus non
intraveras per tabulam proporcionum ad 60 minuta
et provenit pars proporcionalis addenda vel
minuenda ad communem angulum primi introitus
sub polo sequenti reperto iuxta titulum sue
differencie. Et provenit differencia ascensionalis equata
poli sequentis quam subscribes sub differencia ascensi-
onali inventa et equata sub priori polo.

Octauo Has duas differencias ascensionales duorum
polorum equatas confer adinvicem que illarum
maior minorve fuerit. facta namque subtractione
minoris a maiori provenit differencia duarum di-
fferenciarum ascensionalium: quam serva in parte
tabule

Nono Huiusmodi differenciam servatam multiplica
per minuta adherencia gradibus poli per tabulam
proporcionum ad 60 minuta. Et provenit pars
proporcionalis addenda ad differenciam ascensionalem

sub priori polo inventa et equata, Et sic prove-
niet differencia ascensionalis ultimate equata.

Decimo. Huiusmodi differenciam ascensionalem
sic ultimate equatam subtrahe ab ascensione recta
stelle cuius queris ascensionem obliquam quam ascen-
sionem rectam invenisti per canonem superius tra-
ditum iuxta tercium problema Joannis Et hoc
si declinacio stelle proposite fuerit septentrio-
nalis et proveniet ascensio obliqua stelle quesita
Si autem declinacio stelle proposita esset meridi-
onalis. tunc talem differenciam ultimo equatam adde
ad ascensionem rectam eiusdem stelle. Et sic ha-
bebis ascensionem obliquam stelle quesitam.

Canon inveniendi ascensionē obliquam stellarū. S. fixarū latitudinem habenciū et excedenciū declinacionem 32 graduum

Dabat Joannes in eodem decimo problemate mo-
dum inveniendi ascensionem obliquam stellarum
s. fixarum que 32. declinacionis gradus pertrans-
eunt. Merito autem dico fixarum quia nullus
planetarum 32 gradus declinacionis pertransit.
Modus autem est iste. Habeto primo polum
septentrionalem stelle fixe supra orizontem
sive regionis. i. latitudinem poli tue regionis

Secundo declinacionem eiusdem stelle fixe sive
illa sit septentrionalis sive meridionalis.

Tercio. cum eo polo intra in tabulam secundam
querendo eundem polum sub titulo G. e regione
cuius gradus poli accipe numerum qui potest di-
ci numerus multiplicandus. Et illum nota in
parte tabule.

Quarto. Si circa gradus poli fuerint minu-
ta fac sic intra cum eo ad gradum sequentem poli
descendendo e regione cuius assume alium
numerum quem confer ad priorem videndo quis
illorum maior minorve fuerit et facta sub-
tractione minoris a maiori proveniet differencia
signanda titulo A vel M. A si sequens maior
fuerit. M vero si minor

Quinto. talem differenciam multiplicabis per minuta
adherencia gradibus poli et hoc simplici
multiplicacione et productum ex multiplicacione
divide per. 60. Et in quociente proveniet pars
proporcionalis addenda vel minuenda iuxta
titulum huius differencie a numero prioris inventi
Et habebis numerum equatum quem diligenter in
parte tabule serva.

Sexto. cum declinacione eiusdem stelle fixe intra
in eandem tabulam secundam querendo gradus
declinacionis sub eodem titulo G. e regione
cuius accipe numerum. quem numero multiplica-
te nuncupabis et illum nota

Septimo Si fuerint nota circa gradus decli:
nacionis fac sedarium introitum ad gradum sequen:
tem descendendo ex opposito cernas accipe alium
numerum ac illum priori confer videndo quibus illo:
rum maior minorue fuerit subtrahendo eum
minorem a maiori proveniet differentia signanda
titulo A vel M. A si sequens numerus acceptus
maior fuerit M vero si minor

octauo talem differentiam sic acceptam multiplica per minuta
adherencia graduum declinacionis simplici multi:
plicacione et productum ex multiplicacione divide
per 60. Et proveniet pars proporcionalis ad:
denda vel minuenda iuxta titulum differentie a nu:
mero prioris introitus speris declinacionis.
et proveniet numerus equatus assumptus ex
declinacione quem subscribe et subijce nu:
mero multiplicando equato quem assumpsisti ra:
cione poli.

Nono. numerum multiplicandum multiplica per
numerum multiplicantem simplici multiplicacione
et numerum ex (sex) multiplicacione procreatum adhuc
multiplica per 6. et ex tali sedaria multiplicacione
productum serva in parte tabule.

Decimo. ex tali producto sedaria multiplicacione
erige 6. figuras a dextra parte incipiendo

Si excesserint rejecte figure. 50000 addatur
unitas ad residuum. si ultime figure remanē
ti a dextra parte. si nō excesserint nō addatr

Vndecimo. cū tali residuo intra in tabulam
sinuus recti illū querendo in eadē tabula exacte
in propria forma si poterit si nō poterit queras
minorē illi propinquiorē Et in eadē linea
ubi invenisti in parte superiori table trāsver
sali accipe gradus. In prima vero linea sive
columna sinister partis vita qui gradus atq
vita representant differentiā ascensionalē addendā
ascensioni recte stelle proposite invente Jam
ex canone proprio sive ex quarto problemate Joāns
Si declinacio stelle proposita sit meridionalis a:
ut eandē ascensionalem differentiā subtrahe ab
ascensione recta stelle. Si habuerit declinaciōnē
septemtrionalem Et sic habebis ascensionē obliquā
stelle fixe quesitam Aduertendū. quod si cōtin:
gat quod differentia ascensionalis equata nō possit
subtrahi ab ascensione recta stelle tunc tali ascē
sioni recte addendi sunt 360 gradus Et postea
à toto agregato subtrahe differentiam ascensionalē
residuum namque mōstrabit ascensionē obliquam
stelle ut dictum est.

adhuc aduertendū Si contigerit quod post
addicionē ascensionalis differentie ad ascensionē rectam
stelle excreverit plusque 360 gradus rejiciantur
dicti 360 gradus. et residuum pro ascensiōe obliqua
teneatur

Canon inueniendi descensionem obliquam
stelle cuiuscumque latitudinē Habentis non
tamen 32 gradus declinacionis excedētis
in quo dillucidatur problema XI Joāis

Quoniam superius modū dedimus inveniendi descē:
sionē obliquam stelle nō habentis latitudinē nunc
dandus est modus. Inveniendi descensionē obli:
quam illius que habet latitudinem sive plane:
ta fuerit sive stella fixa. cū hoc tamen quod 32 graduum
declinacionis nō excedat In hoc autem hac via
procedes invenias. primo. differentiam ascēsionalē ste
lle mediante eius declinacione et poli elevaci
cione. Ut ex precedenti canone et ex decimo pro:
blemate Joannis habuisti discurrendo per no:
tabilia octo usque ad nonū exclusive.
Secundo habeas ascensionē rectam eiusdem stelle
ex superioribus regulis. Sive ex tercio et quarto
problemate Joannis
Tercio. advertere declinacionē stelle si est septē:
trionalis vel meridionalis. Nam si habet decli

nacionem

declinacionē septētrionalē ipa stella. tūc adde eā
ad ascensionē rectam eiusdem stelle et habebis descē:
sionē obliquā stelle quesitā. sed si stella haberet
declinacionē meridionalē tūc differēciam ascēsionalē
inventā subtrahe ab ascensione sua recta. Et ha:
bebis descensionē stelle quesitā. Advertencijs illis
duabus semper servatis quas in fine canonis
precedentis annotavimus.

De aspectibus sive radiacionibus plane:tarum ad loca figure natiuitatis et ad planetas in eisdem locis existētes ca. XXV

Quoniam in superioribus diximus directiones hilegorum
sive significatorū nō solū fieri ad corpora pla:
netarū. sed eciam ad radios seu aspectus eorū
& tam dextros quā sinistros. Ideo in hoc loco
edocere oportet quid sit aspectus. sive radiacio
quotuplex similiter sit aspectus quot vē sint nu:
mero Et quō inveniantur ac eligantur
Dicebat Joannes problemate 3tio quod quelibet
stella diffondit radiū suū tam luminis quā
qualitatibus occulte orbicularitex.
Ex quo eligitur quod aspectus stelle sive lu:
minis sive fixe nihil aliud est quā sui luminis
atque virtutis ad aliquē locū diffusio. tunc enī
locū illum aspicere dr ad quē suō proicit

ac difondit radiū. Huiusmodi aūt stelle radij
sūt infiniti quia orbicularis est. Radiaciones
tamē astrologi quatuor tantū tamquam effricaciores cō:
siderant **Unū .s. radiū** quod est latus sexanguli
equilateri a quo denominatur aspectus sextilis.
Alterū vero. radiū quod est latus 4ti. a quo qua:
dratus aspectus nuncupatur. **Aliū.** quod est
latus trianguli. a quo trinus aspectus dr.
Aliū denique. quod est diameter tocius circuli
a quo oppositus denominatur aspectus quia pū:
ctus unius diametri circuli est oppositus alte:
ri puncto eiusdem diametri. Et sic omnes ab
astrologis considerati aspectus sūt tantū quatuor
.s. sextilis. quartus. trinus. et oppositus. coniunctio
enī corporalis improprie aspectus dr.
In aspectu enī requiritur distācia. In coniuncti:
one aūt nulla est distancia.
Quomodo aūt huiusmodi aspectus cognoscantur
declarabat Joannes de quo videre potes apud
eū. Id enī in hoc meo opere nō est necessa:
riū declarare. Huiusmodi aūt aspectus sūt
in duplici dria. Alij enī sūt dextri et alij
sinistri **Sinistri aspectus dicūtur** quando p:
dicte radiaciones incipientes a loco ecliptice ubi
est longitudo stelle sive planete terminatur
ac procedunt versus partē sinistram. i. secundū successionē
signorum

Est aut successio signorum que post arietem sequntur taurus. post taurum gemini et sic de alijs

Dextri vero aspectus dicuntur quando scribimus dicti aspectus procedunt ac numerantur versus partem dextram a loco ubi est stella. i. contra signorum successionem. V. g. sit Jupiter in tercio gradu libre tunc eius aspectus sextilis sinister erit in tercio gradu sagitarij. Sextilis vero dexter in tercio gradu leonis Et sic de alijs dictis aspectibus

Illud aut magnopere aduertendum quod aspectus est duplex s. percussus et non percussus. percussus aspectus appellatur qui est secundum eundem gradum et eo magis si esset secundum eadem minuta.

Non percussus vero aspectus est qui licet non sit secundum eundem gradum percussus: tamen est. secundum orbem aspectus. Pro quo non te latrat quod quilibet planeta habet suum orbem. sive lumen ante se et post se per aliquot gradus

♄ ♃ ♂ per 9 8 9 ☉ ♀ ☿ per 15 12 12 ☽ per 12

Unde volunt quod luna existens in quinto gradu tauri aspiciat quadrato aspectu saturnum existentem in 26 gradu leonis tamen propius quadrato planete

se aspiciunt de orbibus. Et levis vadit ad ponderosum. pocius aspiracio ad aspectum dicitur. Sicut in predicto exemplo lune potius dicitur aspirare ad saturni aspectum Sicut si esset 20 gradu leonis et saturnus in octavo dicitur aspirare ad coniunctionem saturni et hec bene mente tenete. Similiter stelle fixe habent orbes secundum quos aspectus eorum attenduntur. Stella enim primi honoris habet aspectum. suos orbis per septem gradus et 30 minuta ante et post Et secundi honoris. 6. gradus et 30 minuta ante et post

Canon inueniendi aspectus siue radiationes omnes planete seu stelle fixe ad loca figure celi et planetas in eisdem locis ubi dillucidatur problema ultimum Joannis

Si vis planete sive stelle radiationes seu aspectus omnes in figura celi investigare habeas primo longitudinem stelle cuius queris radiationes et aspectus omnes habere .i. habeas signum gradus et minuta stelle.

Secundo. Habeas eiusdem stelle latitudinem.

Tercio cum tali latitudine. Intra in tabellam radiationum que ponitur in fine tabule posicionum generalis. Et inscribitur tabella radiationum et in eadem tabella quere gradum latitudinis eiusdem stelle in prima linea sive colomna sinistre partis e regione

tarias gradus accipe arcum ecliptice in gradibus
et minutis Et illud nota.
Quarto. eundem arcum ecliptice assumptum in tabella
radiorum ex opposito gradus latitudinis stelle
Ut habeas aspectum sextilem sinistrum) adde
ad gradus et minuta longitudinis et prodibit nu-
merus graduum ac minutorum quos gradus si sint
30. pro eis pone signum unum. Si plures quam 30
divide per 30. Et in quociente habebis nume-
rum signorum. qui numerus signorum cum gradibus
et minutis eiusdem signi si supersint in divisione
ostendent radiacionem sive aspectum sextilem planete
sinistrum. i. secundum successionem signorum.
Aduertendum. quod habito numero signorum
graduum et minutorum semper numerabis talia
signa post signum longitudinis planete. i. illo
non numerato. Et gradus et minuta si supere
sunt intelligantur ultimi signi iam numerati
in quociente. Et non sequentibus ne decipiaris
Et numeracio semper fit secundum successionem
signorum. V. g. Sit luna in 13° gradu et 21°
capricorni tunc procedendo per canonem predictum
invenio quod sextilis aspectus sinister est in duo-
bus signis 13 gradibus. et 24 minutis. tunc pro
uno signo numera aquarium pro secundo pisces,

tamen non intègrum sed 13 gradus piscium et 24 minu-
ta. ¶ Si vero cupis habere aspectum sextilem dex-
trum tunc subtrahe arcum ecliptice inventum in tabe-
la radiorum. ex opposito gradus latitudinis a gra-
du et minuto longitudinis stelle Et residuum ostendet
aspectum sextilem dextrum planete quem signa in parte
tabule operando in illo residuo ut supra. s. divi-
dendo per. 30. et videndo quid remanet in quoci-
ente ut supra. Si habere vis aspectum trinum
sinistrum planete tunc arcum ecliptice inventum super
subtrahe a 180 gradibus. Et residuum quod subtrac-
tione facta remanet adde ad gradus et minuta
longitudinis stelle Et habebis trinum aspectum
sinistrum quem signa in parte tabule operando in
illo residuo ut superius in quinto notato dixi.
s. Si sint 30 gradus numera signum 1 unum pro eis
Si plus quam 30 divide per 30 et invenies signorum
et gradus ac minuta eiusdem in quo erit talis aspe-
ctus sive radiacio trina.
Si trinum dextrum vis habere illud residuum
quod post subtractionem remanserat pro trino
sinistro subtrahe a gradibus et minutis longitudi-
nis et proveniet aspectus trinus dexter quem
nota in parte tabule.
Sexto principaliter. Si vis habere radiacionem

Sive aspectum quadratum sive dextrum sive sinistrum
tene eosdem gradus et minuta longitudinis planete adde
ad quodlibet signum sive dextrum sive sinistrum computato
tamen signo longitudinis. Et proveniet aspe-
ctus quadratus dexter quidem si ad signum dextrum
addideris quod contra successionem signorum nume-
ratur. Sinister vero si ad quodlibet signum sinistrum
addideris quod secundum successionem signorum numera-
tur. Et utrosque tales aspectus quadratos aspectus
nota in parte tabule.

Septimo. Si oppositum aspectum stelle cupis habere
accipe oppositum signum diametraliter in eisdem gradibus et
minutis in quibus est longitudo stelle et habebis per
se oppositum aspectum quem ut alios in parte tabule
nota. Et sic omnes cuiuslibet planete sive
stelle colliges aspectus.

Notandum tamen quod ex aspectibus solum oppo-
situs est qui habet eosdem gradus et minuta quos
habet planeta in sua longitudine i. in loco ubi
est. et solum oppositus aspectus habet denomina-
cionem oppositam denominacioni latitudinis sue
stelle. Si enim latitudo stelle est septemtrionalis
lis tunc aspectus oppositus dicitur meridionalis
Et habere latitudinem meridionalem et talis
aspectus denominabitur a sua latitudine s. meri-
dionalis. et est econtra quod in aliis non ita
contingit

Circa predicta sunt quedam aduertencie
Prima est. quod post addicionem arcus ecliptice ad gra-
dus longitudinis stelle. si creverint plusquam 30 in gra-
dibus divide talem numerum graduum per 30. et in
proveniente proveniet signa seu numerus signo-
rum indicantium aspectum planete sive stelle. Si vero
in divisione sit aliquid in gradibus residuo quod
dividi non potest per. 30. erunt gradus et minuta signi
radiacionis i. ubi terminatur radiacio.

Altera aduertencia Si gradus arcus eclipti-
ce ex tabella radiorum assumpti non possunt subtrahi a
gradibus longitudinis stelle. tunc addatur ad gradus
longitudinis stelle. 360 gradus et tunc fiat subtra-
ctio et in residuo habebis gradus radiacionis
sive aspectus stelle, quod si in tali residuo plus
essent in gradibus quam 30 fac ut in precedenti aduer-
tencia memoratur.

Alia aduertencia Si planeta in latitudine
sua non habuerit gradus sed solum minuta tunc vide
si illa minuta sint plusquam 30 tunc pro illis accipe
gradum unum quem gradum quere in tabella radio-
rum in prima linea seu columna sinistre partis
et e regione eius accipe arcum ecliptice eo quo
operaberis ut supra. Si vero minus quam 30 non opera-
beris per tabellam radiorum sed simpliciter accipe
aspectum ut in sequenti modo inveniendi aspectus
Q dicitur

Vltima aduertencia. Si planeta siue stella nu-
llam habuerit latitudinem sicut sol pars fortune
caput et cauda draconis et similia tunc nec in
gradibus neque in minutis aliqua erit illorum latitu-
do. tunc non poteris per tabulam radiorum radiacio-
nes seu aspectus eius inuenire. Ideo simpliciter
sunt accipiendi aspectus ut in sequenti modo di-
cetur **Modus alter facilior inueniendi as-
pectus omnes planete siue stelle tam
dextros quam sinistros ad loca figure celi
et consequenter ad alios planetas in eisdem lo-
cis si adfuerint.**

Si laborem effugiendo radiaciones siue aspectus
planete siue stelle adinuenire desideras accipe
signum in quo est planeta et illo connumerato secundum
computacionem signorum scilicet eorum successionem
usque ad tercium signum et habebis aspectum sextilem
sinistrum. Pro dextro autem sextili habendo numera
contra successionem signorum 3. signa. connu-
merato eciam signo in quo est planeta siue
stella et in eodem gradu et minuto tercij signi habe-
bis aspectum sextilem dextrum in gradibus si-
et minutis nequaquam variatis V.g. Sit stella in 15°
gradu arietis tunc eius sextilis sinistrum erit
in 15° gradu geminorum. Dexter vero in quin-
decimo gradu aquarij

pro aspectu quadrato sinistro Numera quatuor signa
scilicet signorum successionem connumerato signo in quo
est planeta. et in quarto signo et eodem gradu atque minuto
in quo est stella in signo suo erit quadratus sinistre
Sicut. pro quadrato dextro numerabis quatuor con-
tra successionem signi eodem in quo est stella connume-
rato. Et habebis dextrum aspectum quadratum gradibus
et minutis non variatis V.g. Sit stella martis in
quindecimo gradu et 40 minuto arietis tunc in 15 gradu
cancri erit eius quartus aspectus sinistre Sicut
in 15 gradu et 40 minuto capricorni erit eius quartus
dexter. **Pro trino aspectu.** Sinistro habendo
computa quinque signa secundum successionem computato
signo in quo est planeta siue stella et non muta-
tis gradibus neque minutis proueniet trinus sinistre.
Sicut, computando alia quinque signa contra succe-
ssionem eodem modo trinus dexter resultabit V.g.
Sit stella martis in 20 gradu et Decimo minuto can-
cri eius sinister trinus erit in 20 gradu et decimo
minuto scorpionis. Et dexter in 20 gradu et decimo
minuto cancri **Pro opposito aspectu habendo.** Sume
signum oppositum diametraliter affrome in eodem gradu
atque minuto in quo est stella. V.g. Sit stella martis
in 15 gradu arietis oppositus eius aspectus erit
in 15 gradu libre Et hoc modo facile aspectus
omnes planete seu stelle habebis. prior tamen modus
est perfectior Et hec de aspectibus siue radiacionibus dicta sint.

Qualiter disponenda sint hilegia et signifi: catores dirigendi ad suos promissores et ad cor: pora et radios fortunarũ et infortunarũ ut q̃ dirigendũ sit et ad quod quod intelligere po ssis Caput XXVij

Decimũ premittendũ pro directionibus faciendis
erat notare hilegia et significatores ad suos
promissores et ad corpora atq radios planetarũ
qui sunt fortune atq infortune. Similiter stellarũ
qui habent naturã fortunarũ et infortunarũ.
Pro quo sciendũ est. quod postq per precedẽtẽ
canonẽ in certa table tibi notasti aspectus
omnes cuiuslibet planete tam dextros quã sini
stros ad loca figure celi et consequenter ad pla
netas qui in locis illis reperiuntur.
Secundo Debes videre qui et quot sint significa:
tores dirigendi et illos similiter tibi notare in p̃te
tabule unũ post aliũ. In hoc autẽ ut ordinate
procedas et complete. oportet te primo inspicere
a vita ut scias vite quantitatem sive spaciũ.
et quo tempore accidet nato sanitas vel infir
mitas et bona ac mala qualitas in corporis
disposicione. Ideo nota primo tibi primũ ac prin
cipale hilegiũ. seu vite significatorẽ quod ex
canone in superioribus tradito invenisti
Et nõ solũ principale hilegiũ sed oĩa alia q̃

loca in quibus queritur hilegiũ nã illa quoque sig
nificant signifirant s. gradus ascendentis nativitatis
locus solis, locus lune. locus partis fortune et g̃
dus medij celi Et quoniã sexta domus infirmi:
tates significat. pro infirmitatibus nota tibi
gradũ sexte domus ac eius dominũ et partẽ in:
firmitatis dirigenda
Secundo. pro divicijs et substancia nati ut scias
quo tempore nato aliquod bonũ sive utile in
substancia eveniet vel dãnũ. Nota tibi in
parte tabule significatores substancie. sicut
est locus partis fortune. gradus s̃de domus eius
domini ac Jupiter.
Tercio. pro dignitatibus et honoribus sublimi:
tate et regno ac dominio si in illo statu na:
tus fuerit ut dominiũ suũ regnũ habeat.
ut scias quo tempore aliquã dignitatẽ sive ho:
norẽ aut infamiã et malũ nomẽ nato eve:
niet Nota tibi in parte tabule significatores
illarũ rerũ sicut gradũ decĩe dom̃. locũ solis
et etiam locũ partis fortune ac eorũ dominos
Quarto. pro magisterio operibus et exercicio
nati perficiendo nota illis significatores sicut g̃:
dũ decime domus
Quinto pro cõiugio nota gradũ septĩe domus
et eius dominũ et veneris et sors albubater:
locũ lune et partem cõiugij

Sexto. pro filijs gradum quinte domus et eius dominum
atque partem filiorum et veneream.
Septimo. pro patre locum solis et eius dominum
et partem patris et pro matre locum lune de die et
veneris de nocte et earum dominos atque partem matris
octauo. pro fratribus et sororibus et consanguine-
is gradum tercie domus et Martem ac partem
fratrum.
Nono. pro itineribus gradum tercie et none domus
ac earum dominos et partem itineris
Decimo. pro amicis gradum vndecime domus et eius
dominum ac partem amicorum.
Vndecimo. pro inimicis gradum duodecime domus
ac eius dominum ac partem inimicorum.
Duodecimo. pro morte seu genere mortis gradum
octaue domus ac eius dominum et partem mortis
Et sic de alijs rebus. in quibus scire desideras
quid futurum sit in vita scilicet bonum vel malum et
quando .i. quo tempore. elige illius rei si-
gnificatorem quem scies ex ptolomei tercio et
quarto sui quadripartiti et ex hoc libro nostro
qui est elucidator dictorum ptolomei. Illud
non te lateat quod dixit albubater in suo de na-
tiuitatibus libro quod per atazir .i. directionem
saturni. scies explanationem eorum nati. scilicet
annos et eius amorum atque patrum. et ferrum ma-
iorum. ac statum hereditatum eorum

per atazir Iouis. Scies amicicias quas natus cum
regibus aut potentibus habebit et quicquid erit de
forma ac pulchritudine.
per atazir Martis. Scies eius fornicaciones con-
temptus amores amicicias dampnum vel vtile a mu-
lieribus. causas verba et contrarietates.
per atazir veneris Scies amorem et nuptias
coitus leticias bonitatem anime et gaudia cum
mulieribus et puellis.
per atazir Solis Scies sublimitatem et statum
patris ac maiorum fratrum ac dominium et regni si
illud habuerit
per atazir lune. Scies egritudinem quam habebit
in corpore vel in anima. Et matrimonium.
per atazir gradus ascendentis Scies statum vi-
te sue et peregrinacionem eius. Et qualiter in
terra sua se habebit
per atazir decime domus. Scies opera et
magisteria nati et eius honorem et quod ha-
bebit de pulchritudine et deformitate
per atazir partis fortune. Scies eius fortuna
altitudine et elevacionem. Et qualiter in hoc se
habebit. Sed quoniam nos promisimus in principio
libri ad euitandam auctorum in hac sciencia
varietatem ac dictorum eorundem confusionem.
Cum ptolomeo solum in significatoribus eligendis
determinabimus

illos pro veris significatoribus accipies quos Ptolomeus invenit. In tercia et quarta libri sui parte.

Tercio principaliter ut tibi omnia exactissime disponas notatis ex una parte significatoribus ob-dirigendis. Notare debes ex Mercurii opposito planetas omnes tam benevolos i. fortunas quam malevolos i. infortunas ac eorum radios tam dextros quam sinistros tam bonos quam malos. Nam bonorum radii boni sunt malorum mali. ad quos s. planetas atque eorum radios dirigere debes significatores. V. g. postquam in latere papiri notavero biltegium dirigendum tunc ex opposito illius notabo Iovem et Venerem que sunt fortune ad quas dirigi debet dictum biltegium ac illorum radios. Similiter ad corpora Saturni et Martis qui sunt infortune et abscisores ac illorum radios Et ad Mercurium fortunatum vel infortunatum ac eius radium et ad stellas fixas primi et secundi honoris que sunt de natura fortune vel infortune ac illorum radios,

Superius enim habuisti qui sunt abscisores et quorum radii abscindant Et hoc modo notabis ex opposito cuiuslibet significatoris tam corpora planetarum atque ad que dirigendi sunt significatores quam eorum illorum radios.

Et quoniam si quis vellet significatores quoslibet dirigere ad quodlibet corpus planete sive stelle

409

simile ad omnes illorum radios esset quasi labor infinitus et horribilis et in nativitatibus in parte varius.

Dixerunt nonnulli sapientes quod debes solum dirigere significatores ad planetas et illorum radios propinquiores significatoribus. Ita quod non distet planeta sive radius ad quem dirigi debet significator sive secundum successionem signorum sive contra. a significatore dirigendo plus quam per quatuor signa.

Unde planete sive aspectus qui sunt in maiori distantia dimitendi sunt Et racionem assignant dicentes quia in nativitatibus si quis dirigeret significatores quoscumque ad aliquem promissorem qui sit remotus magis quam per quatuor signa. tempus illud directionis proveniens excederet hominis vite spacium que non potest plusquam . 120. annis extendi. Ex quo labor esset varius.

In aliarum vero rerum figura sicut sectarum et edificacionis civitatum que longiori tempore durant utique fieri posset ad omnia planetarum corpora eorumque radios omnes tam propinquos significatori quam remotos in figura celi. Hoc itaque non tam significatores dirigendos quam ex illorum opposito promissores ad quos dirigi debent planetas et eorum radiaciones tam dextras quam sinistras propinquiores et que magis notande venient

in tuo lineato papiro tibi prenotare omni studio
curabis

De modis dirigendi canon in quo dilluadatur problema XXV et XXVI Jo: de Monte Regio caput XXVIII

premissis intellectis ac pre dispositis omnibus que pro directionibus faciendis necessaria videntur videlicet planetarum atque stellarum longitudinibus et latitudinibus, declinationibus, ascensionibus rectis, distantiis a meridiano, elevationibus polorum supra positionis circulum, ascensionibus et descensionibus obliquis et aspectibus seu radiationibus. et diligentes seu significatoribus atque promissoribus planetis ac eorum radiis ad quos dirigendi venient inventis ac ritte dispositis in lineato papiro: ad dirigendi modos nunc deveniendum est. Diximus etenim in superioribus quod sapientissimus Ptolomeus mediantibus directionibus investigavit vite quantitatem et periodum et non solum vite periodum sed omnia alia que nato eventura [?] in vita sive fora. Sicut honores divicie dignitates et similia sive mala sicut infortunia adversitates, paupertates, peregrinationes damnose et similia. quo tempore ista contingerent in vita per directiones Secrete possent per directionis scientia sunt a ptolomeo

et eius difficultate in tercio quadripartiti capite decimo posita. sed post ipsum Joannes de Monte Regio ceteris dilluciditus et magis ad mentem ptolomei fieri sane directionem faciliorem reddidit ut patet peritis ac exercitatis in astrologia in problematibus et tabulis suis directionum et presertim in problemate 25. et 26. et primo in 25 principaliter directionum reglas agrediatur. quedam presertis negoci vocabula declarat. scilicet quid sit ~~directio~~ dirigere. quid directio. scilicet in abstracto. et quot [illegible] sit seu quod modis fieri potest directio.

Dicit igitur quod dirigere non est aliud quam movere spheram a primo mobile donec locus secundi a promissore tradaritor ad locum primi a significatoris. quod secundum Ptolomeum fit accidit eius locus secundus a promissor perducitur ad circulum in quo iacuit locus primus a significator. aut econtra. locus primus transfertur ad circulum in quo ponebatur locus secundi. Et hoc ait propter directionem que fit contra signorum successionem. Declarat autem statim quid per locum primum et per secundum. quidue per circulum intelligat. sicut per circulum intelligere circulum positionis qui locus planete et est circulus imaginarius transiens per centrum planete sive stelle et intersecans

equinoctialem et orizontem in utraque communi eorum sectione. Huiusmodi ergo circuli imaginantur esse loca planetarum sive stellarum et distancia que est inter circulum posicionis unius planete et circulum posicionis alterius correspondet arcui equinoctialis circuli. Locus primus est cuius motum prius in mentem venit. Et qui debet dirigi. et propterea significator primus in mente aliquod significat vitam vel honores vel aliquid huiusmodi nonnumquam locus primus plerumque appellatur significator. Sicut locus secundus. est ad quem dirigitur primus et quoniam promissor est qui futurum aliquod accidens sive bonum sive malum portentat. nuncupatur locus secundus promissor. Ex quo sequitur quod significator habet vicem subiecti recipientis aliquid a promissore in certo tempore cuius temporis quantitatem metitur directio.

Promissor autem se habet per modum dantis imprimentis et agentis. Sicut cum dirigitur Hilech id est dator ac significator vite ad abscisorem seu interfectorem tunc significator imprimit in hilech privacionem vite nati recipere significator a promissore aliquid sive boni sive mali.

Amplius. Ex dictis sequitur quod dicere significatorem dirigi ad promissorem est dicere promissorem transferri aut tradari per motum primi mobilis ad locum sive circulum in quo erat significator

Et dirigere significatorem ad promissorem est transferri et tradarier per motum primi mobilis promissorem ad locum in quo erat significator. Hoc autem dixisse volui ne te terminorum decipiat varietas.

Pro exemplo iuxta predictas descriptiones hilech et significator vite dicitur locus primus. Similiter locus partis fortune cum queritur fortuna vel infortunium in diviciis nati dicitur locus primus. Similiter locus solis pro gloria et fama ac exaltacione nati dicitur locus primus. Locus secundus dicitur ad quem aliquis predictorum dirigitur id est promissor qui aliquod futurum accidens sive bonum sive malum pollicetur. Sicut in inquisicione periodi seu vite nati Saturnus vel corporaliter vel eius quartus seu oppositus aspectus. Similiter Mars aut eius aspectus quartus vel oppositus dicitur locus secundus quia utrumque hilech ad talia loca dirigitur in tot annis in quot sunt gradus qui provenerint ex tali directione evenit nato malum et periculum in vita nisi Iovis aut Veneris suo favore impediat.

Sic quando pars fortune dirigitur et venit ad corporalem coniunctionem Iovis sive Veneris vel ad trinum illorum aspectum aliquod magnum bonum sive fortuna nato evenit.

Et sic apparet quid sit dirigere quid locus primus et significator Et quod secundus et promissor

Notanter autem dixit Joannes locum primum plerumque dici significatorem. Et locum secundum plerumque dici promissorem. Non autem dixit semper. quia si cuipiam placeret dirigere promissorem ad ipsum significatorem qui processus in rei veritate est preter ordinem naturalem Nam ille primo debet dirigi qui primo occurrit in mente prius autem occurrit significator quam promissor. tunc ordine violato tunc promissor fieret locus primus. et significator locus secundus. quia semper locus primus est qui dirigitur. et secundus est ad quem dirigitur

Declarat ulterius Joannes, quid sit directio ipsa. scilicet in abstracto ac formaliter. Et ait quod est motus primi mobilis quo significator traducitur ad situm promissoris Et hoc est quando significator dirigitur ad promissorem contra successionem signorum quia tunc est ac si promissor dirigeretur ad significatorem secundum successionem. Et ideo tunc ascensiones et descensiones significatoris sumuntur sub polo promissoris. aut e contra promissor transfertur in locum significatoris. Et hoc est quando significator dirigitur ad promissorem secundum successionem signorum tunc enim promissor dicitur transferri ad eum scilicet per motum primi mobilis. Et ideo tunc ut infra dicetur ascensiones

et descensiones promissoris sumuntur sub polo significatoris.

Subiungit Joannes quod ut plurimum solet fieri directio scilicet materialiter pro arcu equatoris correspondente intervallo et distantie que est inter circulum positionis significatoris et circulum positionis promissoris qui circuli sunt loca eorum. **Sicut dirigere** materialiter nihil aliud est quam gradus huiusmodi arcus docte enumerare ¶ **Propterea benedixerunt** dicentes nihil aliud esse dirigere quam invenire et numerare gradus equinoctialis circuli qui revolvuntur supra simul cum gradibus zodiaci a loco significatoris usque ad locum promissoris ad quem debet dirigi et quot sunt gradus intermedij secundum directionem inter significatorem et promissorem sive ille promissor sit corpus planete sive radius.

Dico autem sic quia ut totiens dictum est aliquando dirigitur significator ad corpus planete. ut totiens dictum est et ad corporalem eius coniunctionem Aliquando vero ad radium sive aspectum.

Unde in nativitatibus quando promissores plurimum distant a significatoribus dirigitur ad radios promissorum quia si ad corpus planete quod esset valde remotum et dirigeretur tempus illud transiret tempus humane vite ¶ Quilibet enim gradus inventus ex directione significat annum unum et minuta quinque significant mensem unum. et minutum unum dies sex

et duas fere horas et hoc hic merito teneto.

Ulterius Joannes distinguebat de directione dicens esse duplicem. Una quidem est que directio directa vocatur. Et hec est que fit secundum successionem signorum in qua significator dirigitur ad promissorem suum. Et sic locus secundus seu promissor transfertur ad locum primum seu ad significatorem. Secundum quam eciam dirigitur hilech dictus a ptolomeo hilech directum. ¶ Altera est directio conversa aut contra successionem signorum in qua locus primus intelligitur transferri ad locum secundum. qua directione utitur indireus in dirigenda parte fortune et aliis partibus et planetis retrogradis.

Quomodo autem sit procedere secundum successionem signorum Et quomodo contra ex superioribus satis liquet. procedere enim secundum signorum successionem est ab ariete ad taurum a thauro ad geminum et sic successive. Contra vero successionem est ab ariete ad pisces. a piscibus ad aquarium et sic de aliis.

Circa predicta notabilia quedam occurrunt que ex dictis inferuntur. Primum est quod directio que vocatur directa Racione significatoris et hilegii est conversa respectu promissoris seu abscisoris Et econtra. que vocatur conversa respectu significatoris est directa respectu promissoris. Racio quidem est in promptu. Nam in di-

Nam in directione directa significator dirigitur ad promissorem secundum successionem signorum. Et hic promissor intelligitur transferri ad locum promissoris Unde in hoc casu promissor potest dici quod dirigitur directione conversa quia contra successionem signorum ad suum significatorem.

Directio vero conversa est in qua significator dirigitur contra successionem signorum ad suum promissorem et hic significator transfertur ad locum promissoris. Et in hoc casu quia promissor dirigitur ad significatorem secundum successionem signorum potest dici quod dirigitur directione directa.

Sed quoniam Joannes totam mentem habet ad directionem significatoris tamquam ad illud quod primo menti occurrit Et rei habitudinem significat. Ideo respectu illius appellat directionem directam et conversam. ¶ Directam quidem quando dirigitur significator secundum successionem signorum. et hic promissor transfertur ad eum. ¶ Conversam vero quando idem significator dirigitur contra successionem signorum. Et hic ipse transfertur ad promissorem ¶ Unde Joannes primo ponit regulas directionum directarum quando scilicet significator secundum successionem signorum dirigitur.

Secundo. Directionum conversarum quando ille.

R

ideoque significator contra successionem signorum ad suum
dirigatur promissorem.

Secundum notabile est quod si significator fuerit in medio caeli vel in angulo terrae tunc dirigere est invenire gradus equinoctialis qui revolvuntur a loco significatoris usque ad locum ad quem debet dirigi et hoc fit in circulo recto .i. in sphaera recta.

Si vero significator fuerit in ascendente dirigere est invenire gradus equinoctialis circuli qui revolvuntur a loco significatoris usque ad locum ad quem debet dirigi. Et hoc in orizonte obliquo.

Si significator fuerit in septima domo sive occidente dirigere est invenire gradus equinoctialis circuli qui revolvuntur a significatore ad locum ad quem debet dirigi in circulo obliquo non simpliciter sed debent capi ascensiones loci oppositi gradui significatoris et ascensiones opposite gradui illius loci ad quem debet dirigi.

Sed si significator fuerit significator fuerit extra loca ista. tunc dirigere est invenire gradus equinoctialis circuli mixto modo per ascensiones circuli directi cum ascensionibus regionis in qua quis natus est, secundum distanciam significatoris sub angulo. ut autem haec perfectius intelligantur aggrediamur modos dirigendi per secundum ptolomei sententiam. Et primo modum dirigendi secundum successionem signorum,

De modo dirigendi significatores ad suos promissores secundum signorum successionem in quo dilucidatur Problema 25 Joannis de M. R

Modus dirigendi significatorem quemlibet secundum successionem signorum ad suum promissorem est iste qui sequitur. et distinguitur ut clarius intelligatur in aliquot regulas quarum prima est

Prima regula. Si significator fuerit bilegiid in linea sive cuspide decimae domus fuerit Habeas primo ascensionem eius rectam ex canone proprio superius tradito. sive ex tercio problemate Joannis. quam nota in parte tabule.

Secundo. respice promissorem ad quem vis predictum significatorem dirigere V. g. absisorem bileggii sive sit corpus planete sive radius. Et habeas ascensionem rectam eiusdem ex tabula ascensionum rectarum per canonem proprium seu doctrinam tercii problematis. et illa similiter nota.

Tercio. subtrahe ascensionem rectam significatoris ab ascensione recta promissoris. et residuum erunt gradus directionis significantes temporis spacium inter promissorem et significatorem. Et dando cuilibet gradui annum unum. et quinque minutis unum mensem unum sicut cuilibet minuto dies. sex et duas fereme horas.

scis determinatum temporis quo futurum accidens quod
per significatorem significator nato veniet sicut
vite spacium si facta est directio hylegij vel ab-
scissorem honoris et dignitatis si facta est directio
solis vel decime domus ad aliquem promissorem et
sic de alijs.

Secunda regula Si significator v.g. hylegium
fuerit in linea sive cuspide quarte dom. tunc ne
idem repetatur eodem modo diriges ac perfice di-
rectionem faciens sicut dictum est de significa-
tore existente in cuspide decime dom.

Aduertendum tamen est quod si contingat quod
ascensio recta significatoris non possit subtrahi
ab ascensione recta promissoris tunc adde ad ascen-
sionem rectam promissoris 360 gradus. Et postea
fac subtractionem ascensionis recte significatoris ab
ascensione recta promissoris. Et in residuo ut
dictum est habebis directionem quesitam. Et adver-
tentiam istam in regulis omnibus sequentibus
observare memento.

Tercia regula. De directione significatoris
qui est in linea sive cuspide prime domus
est ista

primo habeas ascensionem obliquam significatoris
sub proprio polo regionis inventam. inventam
per canonem superius traditum sive per septimum
problema Joannis et illam in parte tabule nota

Secundo. Sub eodem polo regionis quere ascensionem
obliquam promissoris vel radij eius. quam in parte
tabule nota **Hic aduertendum**. quod si fit dire-
ctio significatoris ad corpus ipsius interfectoris
et non ad radium tunc vide si talis promissor habet
latitudinem vel non. Nam si habet latitudinem,
tunc eius ascensionem obliquam quere per canonem
superius traditum seu per decimum problema Jo.
sub polo significatoris. Si vero promissor non
habet latitudinem tunc eius ascensionem obliquam quere
sub polo significatoris. Iuxta ~~sep~~ ~~secundum~~ Septimum pro-
blema Joannis

Tercio ascensionem obliquam significatoris in parte
table servata. Subtrahe ab ascensione obliqua
promissoris vel radij eius Et proveniet directio
quesita .i. gradus equatoris qui revolvuntur inter
significatorem et promissorem. significantes tempus
in annos cum promissor dat significatori quod
promisit

Quarta regula. de significatore existente in
linea septime domus qui debet ad promissorem
dirigi secundum signorum successionem est ista

Primo habeas descensionem obliquam significato-
ris per polum regionis quam invenies per canonem
supra traditum vel per septimum problema: illam
in parte tabule notando.

Secundo. sub eodem polo regionis sive significatoris invenias descensionem obliquam promissoris vel radii eius per canonem supra datum sive per septimum problema: si non habet latitudinem. Vel si habuerit latitudinem per alium canonem appropiatum vel per undecimum problema **Aduertencia.** descensionem obliquam promissorum quo ad eorum radios invenies per septimum problema Joannis. oppositi vero radii descensionem obliquam invenies per undecimum problema. quia ex radiis solum oppositus habet latitudinem

Tercio subtrahe descensionem obliquam significatoris a descensione obliqua promissoris vel eius radii et provenit directio quesita [illegible] arcus equatoris inter locum significatoris et promissoris in gradibus et minutis

Quinta regula. de significatore dirigendo in promissorem quando ipse significator est extra angulorum cuspides et tamen ipse qui promissor sit in parte celi ascendente.

Primo habeas polum posicionis significatoris ex canone proprio sive ex vigessimo problemate Joannis

Secundo ascensionem obliquam significatoris sub eodem polo quam in parte tabule nota

Tercio habeas sub eodem polo posicionis significatoris ascensionem obliquam promissoris vel radii eius

Hic tamen adverte. quando sub polo posicionis parum

ascensionem obliquam significatoris. hic adverte si talis significator habet latitudinem tunc eam invenies ascensionem obliquam eius per decimum problema

Si vero. non habet latitudinem tunc illud invenies per alium canonem proprium sive per septimum problema Joannis. Idem faciendo de ascensione obliqua promissoris querendo eius ascensionem obliquam sub polo significatoris per proprium canonem. Sive per septimum problema Joannis si non habuerit latitudinem vel per alium canonem sive decimum problema Joannis si latitudinem habuerit

Quarto. subtrahe ascensionem obliquam significatoris ab ascensione obliqua promissoris et sic habebis directionem quesitam.

Sexta regula. de significatore dirigendo ad promissorem quando fuerit extra cuspides angulorum. Et tamen ipse qui promissor fuerit in parte celi descendente

Primo habeto polum significatoris ex canone proprio seu ex vigessimo problemate Joannis.

Secundo. descensionem obliquam eiusdem significatoris sub eodem polo per proprium canonem. Sive per octavum problema Joannis. Si significator nullam habuerit latitudinem. Vel per undecimum problema. Si habuerit latitudinem

Tercio. Habeas descensionem obliquam promissoris in-
ventam sub polo significatoris per propriam cano-
nem. Sive per octavum problema. Si promissor
non habuerit latitudinem vel per undecimum
si habuerit.

Quarto. Subtrahe descensionem obliquam significa-
toris a descensione obliqua promissoris Et pro-
veniet directio quesita.

Septima regula. De significatore dirigendo
ad promissorem quando significator est extra
cuspides angulorum et ipse fuerit in parte ascen-
denti figure celi. promissor vero in descendenti
vel econtra. promissor in ascendenti et signifi-
cator in descendenti. Tunc in hoc casu si signi-
ficator est in parte ascendenti. Et promissor
in descendenti. necesse est invenire ascensionem
obliquam promissoris. ut fiat subtractio ascensionis
oblique significatoris ab ascensione obliqua pro-
missoris.

Si vero significator sit in parte descendenti
promissor vero in parte ascendenti. tunc invenies
descensionem obliquam promissoris et tandem sub-
trahe descensionem obliquam significatoris a descen-
sione obliqua promissoris et proveniet directio
quesita. Aduertencia prima huiusmodi ascen-
siones vel descensiones promissoris debent inve-
niri sub polo significatoris habendo respectum
si tales promissores habent latitudinem vel non
ut premonuimus.

Secunda aduertencia. omnes iste regule date
de directione significatoris secundum successionem
signorum possent fieri consimiles de promissore
dirigendo similiter secundum successionem signorum varia-
to tamen polo. et accipiendo ascensiones et descensio-
nes sub polo promissoris. Sed quoniam ordine na-
turali prius in mentem venit significator quam
promissor. Ideo non meminit Joannes de promis-
sore dirigendo. secundum signorum successionem. sed tan-
tum de significatore. Tamen in sequenti canone
ubi docetur quomodo dirigendus sit significator
ad promissorem contra signorum successionem tunc
simul habetur quod promissor dirigatur ad
significatoris locum secundum successionem. Nam quod
est conversa directio respectu significatoris
est directa respectu promissoris. Et econtra
ut superius dicebamus. et hec de directionibus
significatoris secundum successionem signorum nunc
de directione eiusdem contra successionem dicamus

De Modo dirigendi Significatorem ad Suum promissorem. contra signorum Successionem in quo dillucidatur problema XXVI Joannis de Monte Regio

postquam de modo dirigendi significatorem ad suum
promissorem. secundum successionem signorum dictum est

Xom de modo dirigendi eundem significatorem contra successionem signorum videlicet de conversa directione et dixit Joannes quod huiusmodi directio est similis directioni que fit secundum successionem signorum hoc uno tantum variato quod ascensiones et descensiones oportet quod accipiantur secundum positionem promissoris id est sub polo promissoris et non significatoris ac si promissor ad significatoris locum dirigeretur scilicet secundum signorum consequenciam ponantur igitur regule sicut in primo dirigendi modo posite fuerunt.

Prima quarum est de significatore existente in quocumque loco dirigendo ad promissorem contra signorum successionem. promissore tamen existente in linea sive cuspide decime domus.

Habeto primo. ascensionem rectam promissoris quam invenies per proprium canonem vel per tercium problema Joannis et illam nota.

Secundo. Habeas ascensionem rectam significatoris quam per eundem canonem invenies et illam nota

Tercio. Subtrahe ascensionem rectam promissoris ab ascensione recta significatoris et proveniet directio quesita. id est arcus equatoris medians inter significatorem et promissorem notatus in gradibus et minutis qui arcus significat tempus intermedium. dando cuilibet gradui annum unum

Aduertencia Habenda est. quod si non potest fieri subtractio promissoris a significatore addantur 360 gradus ad significatorem. Et tunc fiat subtractio que advertencia circa omnes regulas est servanda.

Secunda regula de significatore dirigendo ad promissorem. promissore existente in linea sive cuspide quarte domus significatore vero existente ubicumque. Idem facito sicut in prima regula dictum est videlicet. ascensio recta promissoris. subtrahenda est ab ascensione recta significatoris

Tercia regula. De directione significatoris ad promissorem scilicet contra signorum sequellam promissore existente in linea sive cuspide prime domus.

Primo. Habeatur polus posicionis promissoris ex XX^{mo} problemate

Secundo. Sub eodem polo invenias ascensionem obliquam promissoris per canonem proprium vel per septimum problema Joannis. Si non habuerit latitudinem vel per aliud canonem. Similiter proprium sive decimum problema si habuerit latitudinem quam etiam in parte nota

Quarto. ascensionem obliquam promissoris subtrahe ab ascensione obliqua significatoris et proveniet directio quesita.

Quarta regula de directione significatoris ad promissorem. promissore existente in linea sive cuspide septime domus.

Primo habeas polum promissoris qui est idem cum polo regionis

Secundo sub eodem polo invenias descensionem obliquam promissoris per canonem ubi dilucidatur problema octavo si non habuerit latitudinem vel per canonem in quo dilucidatur undecimo problema si latitudinem habuerit quam descensionem nota in parte tabule

Tercio sub eodem polo promissoris sive regionis quere descensionem obliquam significatoris per canonem ubi dilucidatur octavo problema. Si non habuerit latitudinem vel ubi dilucidatur undecimo si illam habuerit quam nota in parte tabule

Quarto descensionem obliquam promissoris subtrahe a descensione obliqua significatoris et proveniet directio quesita

Quinta regula de directione significatoris ad promissorem scilicet contra successionem signorum promissore etiam extra dictas angulorum cuspides utrisque tamen in parte celi ascendente existentibus.

Primo habeas polum promissoris per canonem ubi dilucidatur problema XX°.

Secundo ascensionem obliquam promissoris sub eodem polo per canonem ubi dilucidatur septimo problemate si non habuerit latitudinem vel per canonem ubi dilucidatur ~~undecimo~~ decimo si habuerit

Tercio sub eodem polo promissoris invenias ascensionem obliquam significatoris per canonem ubi dilucidatur septimo problema. Si latitudinem non habeat ut per canonem ubi dilucidatur decimo. Si habeat quam inventam in parte tabule nota.

Quarto ascensionem obliquam promissoris subtrahe ab ascensione obliqua significatoris. Et proveniet expectata directio

Sexta regula de directione significatoris ad promissorem scilicet contra successionem promissore existente extra angulorum cuspides. Sumite et significatore utrisque tamen in parte celi descendente existentibus

Polum promissoris habeas in primis ex canone ubi dilucidatur vigesimo problema.

Secundo sub eodem polo invenies descensionem obliquam sua scilicet promissoris per canonem ubi dilucidatur octavo problema. Si non habuerit latitudinem. vel per canonem ubi dilucidatur XI° si habuerit quam descensionem inventam in parte tabule nota.

Tercio sub eodem promissoris polo invenias descensionem obliquam significatoris per canonem ubi octavo problema dilucidatur. Si significator non habuerit latitudinem vel per canonem ubi dilucidatur XI°. si latitudinem habuerit quam inventam scribe in parte tabule

Quarto descensionem obliquam promissoris subtrahe

trahe ab ascensione obliqua significatoris Et proveniet directio desiderata.

Septima regula De directione significatoris contra successionem signorum ad suum promissorem promissore existente in parte descendenti. significatore vero in parte ascendenti. vel econtra s. promissore in parte ascendente et significatore in descendente: Tunc in hoc casu cum promissor fuerit in parte celi ascendente et significator in descendente.

Primo habeas. polum promissoris per canonem ubi dilucidatur XXI. problema.

Secundo Sub eodem polo invenias ascensionem obliquam promissoris per canonem ubi dilucidatur septimum problema. Si non habeat latitudinem vel per canonem ubi dilucidatur decimum si illam habeat.

Tercio. Sub eodem polo promissoris quere ascensionem obliquam significatoris per canonem ubi dilucidatur septimum problema. si non habuerit latitudinem vel ubi dilucidatur decimum si habuerit

Quarto, Subtrahe ascensionem obliquam promissoris ab ascensione obliqua significatoris Et proveniet directio quesita. Quod si promissor fuerit in parte descendenti significator vero in ascendente. ¶ Tunc primo habeas polum promissoris ex canone ubi dilucidatur XXI. problema.

Secundo sub eodem polo quere descensionem obliquam

promissoris per canonem ubi dilucidatur octavum problema si non habet latitudinem vel ex canone ubi dilucidatur XI^m si habuerit promissor latitudinem.

Tercio. Sub eodem polo promissoris quere descensionem obliquam ~~promissoris~~ significatoris per canonem ubi dilucidatur octavum problema. Si significator non habuerit latitudinem vel per undecimum si habuerit et illam nota.

Quarto. Descensionem obliquam promissoris subtrahe a descensione obliqua significatoris et sic proveniet directio quesita.

Circa predicta notandum primo quod consimiles regule fieri possent de directione promissoris ad significatorem contra successionem signorum. Uno tantum mutato. videlicet quod sicut ascensiones sumimus rectas quam obliquas. Similiter descensiones obliquas sub polo significatoris. Sed quia Johannes et eciam vulgus omnes semper intendit dirigere significatorem ad promissorem. Sive secundum successionem signorum sive contra successionem. quia prius naturaliter in mente venit significator quam promissor. Ideo solum de directione significatoris ad promissorem secundum successionem in precedenti capitulo. In isto vero contra successionem locuti fuimus. quod si placuerit tibi domine alia facere capitula.

Alterō de directionibus promissoris ad significato:
rem secundum signorum consequenciā. Alterū. de eorundem
promissorum directionibus contra successionē cum
facilitate poteris.

Secundo. notandum quod in directionibus predictis
faciendis pro radijs planetarū ad quos directio
hilegij siue significatoris fieri solet oportet
pre manibus habere eorū declinaciones medi:
antibus quibus inveniri possit ascensiones rectas
similiter ascensiones atque descensiones obliquas illo:
rum. Ideo in hoc est modus sine canō ponendus
alr nō possēs secundum directiones operari. qui
sequitur.

Canon inueniendi declinaciones radiorū siue aspectuū planetarū Capitulum XXIX

Quoniā ex planetarū radijs unus est radius
oppositus. alter est sextilis. alius tercius aliquis
quadratus. Si oppositi radij declinacionē habere
cupis duobus modis habere potes. unum

Uno Modo. sicut in canone proprio de decli:
naciōe invenienda habendo primus longitudinē
Et latitudinē radij. longitudinē in promtu habes
ex loco figure celi ubi talis est radius. i. ex
signo et gradu atque minuto. latitudinē vero eius
de habere potes adhuc ignoras: Non habes eius
nisi latitudinē sui planete

Ideo ad habendā radij eorum oppositi latitudinē
sume latitudinē sui planete cū denominaciōe opposita
Ita quod si planeta habet latitudinē septentri:
onalem radius eius oppositus. Habebit eosdem la
titudinis gradus. Sed cū denominacione opposita
videlicet meridionali. Et tunc habita lōgitudine et
latitudine radij facille ipsius invenies decli:
naciōne per canonē propriū in quo problema
primo declaratur. A

Alter vero modus et facilior inveniendi
declinaciōem radij oppositi est. s. accipias decli
nacionē loci sui planete cū denominaciōe contra:
ria oppositi et habebis declinaciōem radij que:
sitam. V. g. Si mars habet declinaciōem sep-
tentrionalem secundo tunc radius eiusdem habebit in
gradibus et minutis sed cū denominaciōe oppo:
sita. s. meridionali.

Pro aliorū radiorū. declinacionibus habendis
oportet te procedere iuxta canonē in quo pro:
blema primo declaratur. s. ad inveniendo ra:
dij longitudinē et latitudinē. Longitudinē
quidem paratā habes ex loco ipsius in figura.
Latitudinē autem habebis accipiendo latitudi:
nē sui planete per crisse cū denominaciōe eiusdem
tituli V. g. Si Mars habet latitudinē duorum

S

duorum graduum Et 30 minutorum septentrionale tunc ergo
quadratus vel sextilis radios vel trinos eandem
risse in gradibus et minutis latitudinem habebit nedum
septentrionale. solus enim oppositus radios habet la-
titudinem opposite denominacionis denominacioni latitu-
dinis sui planete

Modus venandi ascensiones rectas radiorum et ascensiones eorumdem obliquas atque descensiones

Habitis longitudinibus latitudinibus et decli-
nacionibus radiorum facillime eorumdem ascensiones
rectas et obliquas. tamquam ascensiones quam descensiones
ex canonibus in superioribus positis habere po-
tes. illuc recurre. Verum tamen est quod oppositionem
dicti ascensionem rectam sine omni intuitu habere po-
tes. videlicet Sume ascensionem rectam loci planete
Deinde adde illi 180. et habebis ascensionem rectam
radii sui oppositi quam querebas Et hec de modo
dirigendi quemlibet significatorem ad promisso-
rem suorum dicta sufficiant. Pro spacio vite
huius vite investigando. Iuxta mentem Ptolomei
qui illud venatus est ex directione hilegii ad
abscissorem. ut sufficienter in superioribus enarra-
vimus. **Hic non dimittam.** Antonii de montul-
mo sententiam qui in suo de iudiciis de nativitati-
bus libro capite quarto. de tempore mortis et per
consequens

de spacio vite loquens dixit. Cum videris natum
transire annum. tunc debes dirigere ad ascendentem na-
tivitatis ad unum quodque signum annum 1 unum et tunc
respice signum profectionis si impediatur a corpo-
ribus vel aspectibus malorum absque aspectu fortune
tunc natus erit in suo fine et similiter facies omni
anno quousque natus perfecerit 12 annos.
Si vero natus transierit duodecim annos tunc debes
dirigere gradum ascendentem ad corpora et aspectus
malorum Et pro quolibet gradu accipies annum unum
Et pro quibusque minutis mensem unum et cum pervenerit
ad dictum malum erit eius finis. Hec antonius
Unde voluit quod usque ad duodecim annos fieret
profectio ascendentis in qua signum unum valet
annum unum. post duodecim annos volebat quod fi-
erent directiones in equinoctiali in quibus gradus
unus valet pro anno uno et quinque minuta pro mense
uno etc. **non dimittam duo notatu digna**
que dixit Hali habenragel in parte quarta de nati-
vitatibus capite sexto.
Primum est. quod omnes sapientes huius scientie
confitentur quod si natus non habuerit hilech
Et habuerit aliquam duarum fortunarum in ascendente
vel medio celi possibile est quod vivat secundum
quantitatem annorum minorum illius fortune,

que vitam significavit numeri graduum ascendentis
et bona fuerint infortunati vel fuerit eadem fortuna
domina domus mortis quoniam hec significat vitam
breviorem

Aliud notabat, de mente filij arsisaan. quod quando
hilech damnatus fuerit per eclipsim et per infor-
tunas aspicientes gradus qui fuerint inter hilech
et eum qui eclipsavit ipsum vel inter hilech et in-
fortunam que ipsum infortunavit. vel infortunam
que coniunxit se corporaliter cum eo Et si videbis quod
natus moriatur multiplicabis illos gradus in 12
et quod exierit erit numerus annorum illius nati
Sicut ipse Hali expertus est in nativitate cuius-
dam in qua luna erat hilech et fuit eclipsata in
cauda et erant inter eos 3 inter infortunatum et lu-
nam tres gradus multiplicavit tres in 12 et ve-
nerunt 36 anni quibus vixit non plus

De secunda via qua sciri potest spa-
ciu sive tempus vite nati s. per alcocode.
Capitulum XXX

Licet ptolomeus unam tantum viam sciendi vite spa-
cium tradiderit s. per directionem hilegij ad corpora
sive radios abscissorum. alij tamen sapientes post
eum alteram viam investigarunt ex eius tamen dictis
principium sumentes que via est per alchocoden
quam viam longiori sermone propalavit Hali
Habenragel in parte de nativitatibus. que quidem

licet iudicio meo non ita sit certa et firma sicut via
ptolomei. quia tamen plurimi sapientes in hac scien-
cia secuti sunt eam. et profitentur experientiam
illam confirmasse. propterea eam scientiam nobis
declarare placuit ut tuo sit in arbitrio illam sequi
si libuerit. In quoquidem negocio ut ordinate proce-
dam uti mos meus est. Primo quid sit alchoco-
den et quomodo inveniendus sit proponemus
Secundo. de annis quos dat alchocoden di-
versimode secundum diversas eius condiciones
Tercio. de addentibus ac minuentibus annos
datos per alchocoden

Quid sit alchocoden et quomodo inveni-
endus sit ac eligendus

Dixit Hali Habenragel ex sententia Ptolomei ter-
cio quadripartiti capite decio quod alchocoden
est planeta habens maiores dominium 3 plures
dignitates in loco hilegij aspiciat vel non aspiciat
ibi. et invenitate Ptolomeus nihil meminit de
aspectu nec affirmative nec negative et propter-
ea dicunt ex mente Ptolomei et dicunt sive
aspiciat sive non aspiciat locum hilegij.
Dorotheus tamen quem ceteri secuti sunt vult alcho-
coden esse planetam. qui habet dominium in hile-
gio et illum aspiciat. Sed dorotheus errabat
in uno proponebat enim dominium termini dicio

domos et triplicitatis. Antonius de Motulmo describens alchocoden dicit.
Alchocoden est dator annorum. et significat tempus quo debet vivere natus usque ad finem vite sue nisi abscisio et interfectio fiat racione infortune ex malo loco et malo modo radiationis ipsius hilech. Unde antonius formatus magis describit alchocoden.

Modus vero inveniendi alchocoden ac ipsum eligendi est. videre hilegium i. locum hilegij in figura nativitatis et aspicere quis planeta habeat maiorem dominium i. maiores ac plures authoritates in loco hilegij. Tunc ille planeta erit alchocoden i. dator annorum nato. Secundum mentem Ptolomei sive aspiciat sive non aspiciat locum hilegij.
Alij tamen sapientes dixerunt quod ad hoc quod aliquis planeta sit alchocoden non solum requiritur quod habeat plures fortitudines in loco hilegij sed quod aspiciat illum. Immo dicunt quod si invenerimus planetam qui plures dignitates ceteris habuerit in loco hilegij et non aspexerit ipsum debemus illum dimittere et videre alium planetam qui in loco hilegij habeat dignitates licet non tot quod primus tamen aspiciat illum ille sumendus est pro alchocoden. Unde si unus planeta in loco hilegij haberet .6. dignitates et alter quinque vel quatuor tantum et aspiceret hilegium quocunque aspectu. ipse erit alchocoden. et primus non.

Immo si secundus habens quinque vel quatuor testimonia in loco hilegij Et illum non aspiciat videndus est tercius qui pauciores habeat dignitates in loco hilegij dummodo ipsum aspiciat quocunque aspectu. Et addunt quod si nullus inveniretur planeta qui haberet dignitates in loco hilegij et aspiceret ipsum tunc est signum quod locus ille acceptus pro hilegio non potuit esse verum hilegium Oportet ideo querendum esse aliud hilegium secundum modum superius dictum videlicet.

Si nativitas esset diurna incipiendo a Sole et videndo si Sol est in loco apto pro hilech tunc videre si aliquis planeta habens dignitates in loco solis ipsum aspiciat tunc ille erit alchocoden. Quod si planeta nullus huiusmodi inveniatur i. quod habens dignitates in loco solis ipsum aspiciat tunc sol non potest esse hilech querendum est aliud hilegium i. locus lune. quod si ille non habuerit alchocoden. cum dictis illis conditionibus memoratis i. quod habeat planetam qui habeat dignitates et testimonia aliqua essentialia in loco hilegij et cum hoc aspiciat etiam ipsum tunc non poterit locus lune esse hilech. Ideo queras hilegium circa partem fortune. Deinde gradum coniunctionis vel preventionis Et tandem gradum ascendentis donec invenias

Hilegium quod habeat alchocoden eo quo dictum est modo. Hec est communis astrologorum sentencia de alchocoden.

Sed ut compleatur de electione hilegii sermo sunt quedam consideraciones ad hoc advertende quas ex Hali Habenragele sumat

Prima consideracio quod si sint duo vel tres vel quatuor planete qui aspiciant locum hilegii tunc ille sumendus est pro alchocoden qui plures dignitates in loco hilegii habeat. V.g. si unus planeta qui aspicit est domus dominus alter vero exaltacionis et termini alter termini triplicitatis et faciei ille qui tres dignitates habuerit erit aptior pro alchocoden quam ille qui duas similiter ille qui quatuor aptior illo qui tres habet.

Secunda consideracio si fuerint plures planete aspicientes locum hilegii et equales in dignitatibus aptior est pro alchocoden qui habuerit dignitates in duobus hilech i. locis aptis pro hilegio aut magis quam duobus. Maxime si dignitates de die fuerint in sole et in gradu ascendentis et in gradu coniunctionis et de nocte in luna in parte fortune et in gradu preventionis

Tercia consideracio si duo vel tres planete conveniant in dignitatibus essencialibus in loco hilegii et insimul aspiciant et in aliis eciam locis aptis pro hilegio conveniant in dignitatibus tunc dicit Hali oportet accipere illum pro alchocoden qui propinquius aspicit i. qui minus distat ab aspectu hilegii. et si in hoc eciam conveniunt quod eciam equaliter aspicerent accipe illum qui fortioris esse et melioris disposicionis sicut ille qui fuerit in suo haiz sicut de die accipere pocius masculinum quam femininum Et orientalem quam magis quam occidentalem vel illum qui fuerit magis prope orientalem. Et de nocte per oppositum. Et dixit Hali quod ego dico quod planeta qui habuerit unam dignitatem et fuerit orientalis est aptior quam qui habuerit duas dignitates et fuerit occidentalis. Similiter aptior qui fuerit orientalis et habuerit duas dignitates quam qui fuerit occidentalis et habuerit tres. Et ille qui habet tres fuerit cadens vel non intraverit antequam sint dies septem combustionem, tunc ille qui tres dignitates habuerit dicit Hali aptior est orientali habente dignitatem unam nisi fuerit cadens ab angulo vel ingrediens sub radiis solis antequam sint dies septem Et similiter intelliges de occidentali in nativitate nocturna

Quarta consideracio quando aliquod luminarium fuerit aptum ut sit hilegium seu in loco hilegii et fuerit in domo aut exaltacione sua erit Hilech et alchocoden. V.g. si contingat solem esse Hilegium et esse in leone vel ariete. i. in sua domo.

vel exaltacione. erit ipse sol hilech et alchocoden
Ita quoque si luna erit in cancro vel in tauro erit
hilech et alchocoden

Quinta consideracio dixit Hali non accipias lu
nam neque pro hilech neque pro alchocoden ea existe
te combusta et sub radijs solis vel ingredientem com
bustionem Idem de alijs planetis facias si quod
existentibus combustis non accipies eos neque pro hilech
neque pro alchocoden.

Sexta consideracio. Dixit Idem habenragel
quando unus planetarum habencium dignitates
aspexerit hilech ex uno duorum graduum facientium
dies equales vel graduum habencium ascensiones
equales erit aptus ut sit alchocoden. Et dixit
se fecisse experimentum de hoc et exivisse ad veri
tatem. Erat enim sol in 21 gradu arietis et dominus
arietis erit in nono gradu arietis. Et accepit eum
pro alchocoden et iudicavi veridice per eum
Similiter erat alia nativitas diurna in qua
sol erat in geminis et ascendens erat gemini
et omnes planete erant remoti ab aspectu gemi
ni. Nec alius hilech aspiciebant aliqui dominorum
eius unde inveni tamen Mercurium qui est dominus
domus solis in cancro in gradu faciente diem

equalem cum gradu in quo fuerit sol. et Iudicavit
quod mercurius erat alchocoden.

Septima consideracio. quando nullus dominorum
dignitatum hilech fuerit aptus pro alchocoden et na:
tivitas fuerit diurna. Et hilech fuerit gradus
ascendens vel pars fortune. vide si est aliquis
planeta orientalis in fine orientalitatis principio
Ita quod non sit alius vicinior ei orientalitati
nec sit alter minori tempore eo separatus a
sole. si talis planeta fuerit in angulo vel succe
denti aut aspexerit hilech vel ascendens valet
tantum quantum alchocoden. Et hoc est de secretis
profundis huius sciencie. Et racio est quia
natura talis planete concordat cum natura a:
scendentis et natura solis in orientalitate.

De Annis quos dat alchocoden et quomodo ex oppinione Hali Habenragelis

Dixit Habenragel quod maior pars sapientum huius
sciencie dixit quod quando alchocoden fuerit in
angulis dat annos suos maiores. Et quando
in succedentibus dat annos suos medios
quando in cadentibus dat minores
Istam determinacionem reprehendit habenragel
dicens quod ex quo non dat melioramentum
alicui angulorum super alium nec alicui succedencium

super aliud est errонea. Et dicit esse veridica fore
que sequitur.
Dixit Hali Habenragel quod ad hoc quod alchocoden
det suos annos completos debet habere quinque condiciones
seu dignitates. Et si aliqua earum defecerit minue-
tur de suo dato completo omnino quantum.
Una est quod sit in angulis vel succedentibus et
ex angulis nobilior est ascendens post modum me-
dium celi.
Secunda condicio. sive dignitas ut sit in digni-
tate sua et ex dignitatibus nobilior est domus
deinde exaltacio. sed triplicitas et terminus possunt
accidere cum casu et decasu.
Tercia dignitas est. Haiz quamvis melior est
quod sit supra terram.
Quarta dignitas est directio que est orientali-
tas quelibet autem harum dignitatum habet contra-
rium et quando alchocoden est in illo contrario
minuetur quantum sui dati.
Contrarie autem disposiciones sunt casus ab
angulo opposicio anguli peregrinacio in opposito
earum dignitatum. non existendo in suo Haiz re-
trogradacio. et occidentalitas. tunc ponuntur
regule ipsius alchocoden quando est in dignitati-
bus suis secundum opinionem Habenragelis.
Prima regula. quando alchocoden fuerit in

ascendente vel in medio celi et fuerit in dignitati-
bus suis et in eo quod convenit ei de masculinita-
te et femininitate de diurnitate vel nocturnitate
Et fuerit liber a retrogradacione et combustione
vel quando in undecima domo aut quinta et ha-
buerit has bonitates quas dixi et unam aliam
plus. tunc dat annos suos maiores
Secunda regula. Si alchocoden fuerit in septima
vel in quarta et habuerit bonitates quas dixi
in ascendente et medio celi vel fuerit in nona
aut tercia et habuerit bonitates quas dixi
in undecima et quinta dat annos suos medios
Tercia regula. Si alchocoden fuerit in secunda do-
mo vel octava et habuerit dignitates quas di-
ximus in ascendente et medio celi. vel si fu-
erit in sexta aut in duodecima et habuerit bo-
nitates quas dixi de undecima et quinta tunc
dat annos suos minores
Sequuntur tres alie regule secundum aliam opi-
nionem et veram. Ista opinio supponit primo
quod quatuor bonitates debet habere perfectus alcho-
coden. Prima quod sit directus. Secunda quod
sit in dignitate sua. Tercia quod sit in suo
Haiz. Quarta quod sit orientalis et si una ista-
rum minuatur quarta minuatur sui dati et secundum
hunc modum addatur et minuatur tunc ponuntur regule
quarum prima est.

Prima est quando alchocoden fuerit in ascendente
vel in medio celi aut in undecima domo vel quinta
et habuerit omnes dignitates quinque quas diximus
tunc dat annos suos maiores.

Secunda. Si fuerit in septima vel quarta vel nona
vel tercia et complementum habuerit bonitatum
tunc dat annos suos medios.

Tercia. Si fuerit in secunda vel octava aut in sexta
vel duodecima et habuerit bonitates paucitatis dat
annos suos minores.

De annis quos dat alcochoden quando non habet bonitates suas et condiciones completas

Regula prima. Quando alchocoden fuerit com-
bustus et ipse iens ad solem, ita quod non appare-
at totum perdit suum datum. quia quando est in hoc
statu non dat nisi dies vel horas. per quot autem gra-
dus ante et post solem quilibet planetarum dicatur
combustus vide ipsorum habenzagelem capitulo quinto
quarte partis

Secunda regula. Quando alchocoden est in casu suo
qui est contrarius exaltacioni aufert medium dati
per quot autem gradus durat casus planete vide sicud
ibidem.

Tercia regula. Quando alchocoden est retrogradus
et unus trium superiorum a principio sue retrograda-
cionis quousque stent in opposito solis aufert medietatem

dati et alia medietas remanet et quando transierit o-
posicionem solis aspice quot gradus et minuta ibit retro-
gradando quousque dirigatur et quod fuerit aspice quam
partem proporcionalem habet ad omnes gradus quos
habet retrogradari ab opposicione usque ad directionem
et tantum addas medietati dati et dirigas gradus il-
los recte in suis minutis tali modo. quod quando planeta
fuerit in principio sue directionis dabit totum suum
datum completum. Venus autem et Mercurius post
quilibet eorum incipiet retrogradari perdit medie-
tatem eius quod dat quando est directus.

Deinde aspice quot gradus et minuta sibi remanent
ad occultacionem. et computa occultacionem suam recte quan-
to plus poteris. quia venus forte apparebit per quinque
gradus post solem et quando fuerit apparens dabit
medium datum nisi apparicio est ultra quinque gradus
quia ante non oritur. Post modum dirigas illos
gradus et minuta postquam retrogradari cepit quousque se
occultaverit et dividas per hoc medium dati quod
remansit. quia quando occultatur totum perditur
eius datum. et quando venus transierit solem re-
trogradando ad oriens quinque gradibus et appa-
ruerit. datur ei medium datum et si non apparuerit non
debet donec transeat septem cum dimidio quos cum
transierit da ei medium dati vel appareat vel
non. et postea divide illud medium datum si per gra-
dus et minuta que remanserunt ab illo loco quousque
dirigatur.

Ita quod quando directa fuerit dabit suum datum comple-
tum. In Mercurio autem procedetur hoc modo quando fu-
erit elongatus a sole septem gradibus cum dimidio quod
est diameter solis retrogradando venit ad solem da-
nat totum eius datum nec aliquid dat ei quousque tran-
seat solem ad orientem septem gradibus Et tunc dat me-
dium datum. Et tunc fac proporcionem in eo sicut inve-
nere ita quod quando fuerit in principio sue
directionis dat suum datum completum sed peius quod
est in retrogradacione est in Venere. Et retrogra-
dacio est in similitudine inobedientis Et cadens
ab exaltacione. Est sicut captivus et qui cecidit,
Et remotus est a dignitate sua. Detrimentum
est oppositum domus sue et nihil minuit tamen
dat debilitatem, fessitatem et infirmitates,

Ultimo ponit Habenragel regulam quam dicit esse
de secretis huius sciencie. quando alchocoden fu-
erit in gradu decime dat annos maiores. Si in
gradu undecime dat annos suos medios et quan-
do removetur ab uno istorum duorum locorum et
vadit ad aliud. aspice quod gradus sunt ab uno ad
alium. deinde vide distanciam alchocoden ab angulo
illius distancie per gradus equales. Et quo-
ta pars est distancia alchocoden ab angulo illius
distancie scilicet anguli succedentem talis pars debet ca-
pi de differentia annorum mediorum ad maiores dicti
alchocoden quam partem subtrahe ab annis maio-
ribus

remanebit quesitum. Si vero alchocoden non esset in
puncto undecime sed esset inter undecimam et duode-
cimam tunc videas distanciam alchocoden a gradu
undecime Deinde capias differentiam annorum minorum
ad medios. Et quota pars est distancie alchoco-
den ab undecima ad totam distanciam que est inter
undecimam et duodecimam talem partem capias
de dicta differentia annorum reservata. Et dictam partem
annorum subtrahe ab annis medijs alchocoden
Et remanebit quesitum. V. g. sit medium celi nati-
vitatis. tercius gradus nativitatis. Et Venus al-
chocoden in tercio gradu eiusdem. tunc si Venus
esset in tercio gradu Sagittarij daret annos ma-
iores tamen removetur a dicto gradu per decem
gradus. tunc videas distanciam annorum maiorum
ad medios. Et anni medij sunt 45. Maiores 82.
Et differentia est 31. quam partem subtrahe ab annis
maioribus et remanebit quesitum. Et similiter fa-
cies de distancia alchocoden a gradu decime decli-
nando se versus duodecimam.
Tandem ponit Hali Habenragel quandam advertenciam
dicens de secretis in hac re necessarijs est ut sci-
as naturam nati et loci in quo natus est. Nam si
habueris natum cuius alchocoden significat ei
medios annos Et ille natus fuerit in villa

T

que in radice sua habuerit particionem celi super lon-
gas vitas ita quod parum brevis vite inveniantur
ibidem iudica illi nato annos maiores licet si
alcochoden dat medios. Similiter si natus fuerit de
progenie que habuerit particionem celi et planetarum
super longam vitam iudica maiores annos licet
alcochoden dat medios quia radices significacionum
sunt forciores quam rami. Et si per oppositum natus
fuerit de civitate aut progenie que habuerit
particionem celi et planetarum super vitas breves
oppositum iudica. Hec Hali et addit cetera plura
alia circa alcochoden de opinione aliorum que bre-
vitatis causa dimittimus.

Opinio antonij de Montulmo de annis quos dat alcochoden

Dixit antonius de montulmo in suo de iudicijs
nativitatum libro quod hec opinio Hali est confusa
et obscura. et operantes per ipsam multi possent in-
venire dubium et errorem quia se non declarat
si alcochoden esset in quarta vel septima domo cum
condicionibus dictis de ascendente et decima quot
annos daret vel si esset in undecima vel quinta
cum condicionibus dictis in ascendente quot annos
daret et sic de alijs. Et si illic esset peregrinus
Et omni dignitate essenciali. quot annos in an-
gulo cadenti vel succedenti. preterea videtur sibi

met sibi repugnare quia primo dixit quod si alcoco-
den erat retrogradus habens alias condiciones noua-
tas perdebat quartam dati. Et in sequenti capite dixit
quod quando erat retrogradus perdebat medium
dati. Preterea in eodem capite dixit sive quod detri-
mentum quod est oppositum domus sue nihil minuit
alcochoden tamen dat debilitatem et infirmitates
et in superiori capite dixerat quod auferebat
quintam dati.

Preterea recitat varios modos et opiniones mo-
negando modo affirmando. Unde ostendit quod
forte dubitavit in hoc processu. Preterea non deter-
minat cui debeat magis esse fieri tempori s-
invento per directionem hilech vel graduum ascen-
dentis vel hore ad corpora verorum [illegible]
vel potius sit standum tempori dati per alchoco-
den et si addentes. Ideo vult antonius quod
ista opinio Hali in hoc dimittatur. Unde ipse ponit
opinionem suam et ait

Electo vero alcochoden tunc ponitur regule quarum pri-

Prima regula. Si alcochoden fuerit directus nec
fuerit in signo contrario sue domui nec etiam
in signo contrario sue exaltacioni et fuerit in
suo Haiz et fuerit salvus a combustione et
in gradu cuspidis ascendentis vel in gradu
cuspidis decime domus. tunc talis alcochoden dat
suos annos maiores nato.

Secunda regula. Si alchocoden fuerit non dispositus ut
dictum est fuerit in grado undecime domus vel in gra-
do quinte domus vel in grado quinte vel septime domus
Vel in grado secunde domus vel fuerit in grado fini-
s coniunctionis versus decimam vel consimili modo in
grado tercie domus et fuerit bene dispositus in
domo vel exaltacione sua et in domo tercia cum
una dignitate plus tunc talis alchocoden dabit
nato annos medios.

Tercia regula Si alchocoden fuerit in grado sexte
domus vel in grado duodecime cum condicione predi-
cta tunc dabit nato annos suos minores et simi-
li si fuerit in octava domo cum disposicione predicta
dabit suos annos minores quia licet hec domus
sit succedens tamen quia est domus contraria
vite nostre non necesse plus dare de tempore

Quarta regula. Si alchocoden non fuerit in grado
cuspidis decime domus vel in grado ascendentis sed
fuerit infra cuspidem alicuius predictarum domo-
rum v. g. in decima. tunc vide distanciam gradus
qui est inter cuspidem decime et cuspidem undecime
et illam serva. Secundo habeas distanciam ipsius
alchocoden a decima quam eciam serva Tercio
vide differenciam que est inter annos maiores ipsius
alchocoden Et annos medios eiusdem. Quarto
vide quota pars fuerit distancie alchocoden a
decima de tota distancia que est decima ad undecimam
talem partem capies de differencia dictorum annorum
quam partem annorum subtrahe ab annis maioribus
Et habebis datum alchocoden quia in eadem proporcione
se habet distancia alchocoden. a decima ad totam distan-
ciam in qua proporcione se habebit dicta pars anno-
rum ad totam differenciam. Et consimili facies si al-
chocoden fuerit inter gradum ascendentem et gradum secunde domus
Vel sic reduces totam differenciam annorum ad menses multi-
plicando per 12 quam divide per totam distanciam que est
a decima ad undecimam vel ab ascendente ad secundam
et numerum quotiens erunt menses qui mencium cuilibet gradui
distancie quem numerum quocientem multiplica per numerum
graduum distancie alchocoden ab angulo et erunt menses
qui correspondent toti distancie alchocoden ab an-
gulo quos menses reduces ad annos. et ipsos sub-
trahes ab annis maioribus alchocoden. Residuo
eciam annos Si in distancia remanserint aliqui menses
ultra annos et habebis quesitum

Quinta regula Si alchocoden non esset in grado
decime vel in grado ascendentis sed fuerit ante
gradum cuspidis per quatuor vel quinque gradus qui semper
anteriores videntur in cuspide computari S
Sit gratia exempli ante cuspidem ascendentis. tunc ha-
beas differenciam inter annos minores ipsius alchocoden et
maiores. de qua differencia facias quinque partes et si alcho-

coden

distaverit a cuspide per duos gradus. tunc subtrahe duas quintas dicte differencie ab annis maioribus. Si per tres gradus per tres quintas etc. Tunc illud quod post subtractionem remanserit erit quesitum.

Sexta regula. Si alchocoden est ante decimam eodem modo sicut dixi in ascendente. Et alchocoden esset in nona domo cum dignitatibus cum quibus posset dare annos medios tunc vide differenciam annorum maiorum ad medios et facias eodem modo quinque partes de dicta differencia et subtrahes ab annis ipsis maioribus et habebis quesitum. Sed si alchocoden non daret ibi annos medios sed minores fac sicut dictum est de ascendente.

Septima regula. Si alchocoden non fuerit in gradu undecime. sed fuerit inter undecimam et duodecimam tunc capias differenciam annorum mediorum ad ~~maiores~~ minores de qua capias talem partem quantus est distancia alchocoden ab undecima ad totam distanciam que est ab undecima ad duodecimam sicut supra dictum est quam differenciam subtrahe ab annis mediis ipsius alchocoden et habebis quesitum.

Octaua regula. Si alchocoden non esset in cuspide quinte nec in cuspide quarte non est cura quia a quarta usque ad quintam dator annorum servat continue datum.

Nona regula. Si alchocoden non esset in gradu septime sed supra gradus eius tunc capies talem differenciam annorum nonam qualis est distancia alchocoden ab angulo ad totam distanciam que est a septima ad octavam sicut dictum est. Sed si esset ante septimam per quinque gradus

ut dictum est faciendo de differencia annorum mediorum ad minores quinque partes comparando ut dictum est de prima domo respectu duodecime. nec est differencia nisi quia oportet operari cum differencia annorum minorum ad medios et illic annorum minorum ad maiores

Decima regula. Si alchocoden est in octava sed non in cuspide ipsius tunc in qua proporcione se habebit distancia a loco cuspidis octave ad totam distanciam octave ad nonam talem proporcionem habebit pars differencie annorum minorum ad annos quos daret in nona cum esset in cuspide ad totam differenciam quam postremo addas supra annos minores ipsius et habebis quesitum.

Undecima regula Si alchocoden esset in secunda domo usque ad terciam vel a tercia usque ad quartam cum magna dignitate plures tunc servat annos medios per totum

De addentibus et minuentibus annos datos per alchocoden

Tercium in hoc negocio propositum erat vide qui sunt addentes et minuentes annos datos per alchocoden et quomodo ac similiter quantum addunt vel minuunt circa quod ponuntur quedam regule. secundum dicta Zahel(?) Haly(?)

Prima regula. Jupiter et venus si corporaliter iuncti fuerint cum alchocoden vel aspectu benevolo aspexerint scilicet trino vel sextili et fuerint dicte fortune.

bene dispositi et liberi a combustione retrogradacione
in bona domo et in aliqua sua dignitate addunt nato
tot annos quot sunt anni minores ipsius planete.
Si vero predicte fortune eodem aspectu aspexerint alcocoden sed non sint bene disposite tunc addit quelibet illarum
tot menses quot sunt anni sui minores quod si fuerint infortunati loco mensium addunt dies vel horas
Si vero fortune predicte. aspectu quarto vel opposito
aspexerint alcocoden non addunt nisi retrogradacione excepta.

Secunda regula. Si saturnus vel mars corporaliter
iungantur cum alcocoden vel aspectu opposito sive
quadrato ipsumque aspiciant minuunt ab eo numerum suorum minorum. Et quando aspiciunt de trino vel sextili dicunt quod nec addunt nec minuunt nisi ex trino vel sextili aliquis illorum recipiat alcocoden
Et dicunt quod in aspectu trino ex signis breviorum
ascensionum vel in sextili ex signis longarum minuunt
Dixit Habenragel quod infortuna non potest ostendere opus suum quando ambo dominacia sunt et
certe quando coierint eorum maxime saturnus qui est
planeta tenebrositatis et nigredinis.

Tercia regula. Sol et luna de aspectu trino vel sextili addunt alcocoden annos suos minores si bene fuerint dispositi sed si male dispositi dicit
antonius de montulmo addunt loco annorum mensem et aliquando cum plus infortunati loco mensium dies

in aspectu quarto vel opposicione minuunt numerum
annorum suorum minorum corporali scilicet coniunctione
eidem efficiunt. Et quando alcocoden est sub radiis
Solis. ita quod sit combustus perdit omnes annos annos suos nisi receperit solem quia sol
tunc est dator annorum

Quarta regula. Mercurius cum fortunis addentibus
addit numerum annorum suorum minorum et cum infortunis minuentibus minuit. ut est natura sua

Quinta regula. caput et cauda nec addunt
nec minuunt. dicit antonius de montulmo quod retrogradacio alcocoden. similiter detrimentum et descensio et casus nulla istarum disposicionum minuit. nisi quartam partem annorum dati. Similiter de
accidentibus et retrogradacio cum plus appropinquat
sue directioni magis tollit. Et addit quod alcocoden
licet non fuerit in domo sua vel exaltacione
sua tamen si est directus liber a combustione et orientalis et fuerit in alio signo non minuit quartam partem dati. ut dixit Hali domino servat
datum Et quoniam diximus de annis maioribus
Et minoribus ac mediis quos dat planeta cum
est alcocoden. et non declaravimus qui sunt huiusmodi anni Et quot numero Ideo subiungenda
est tabella in qua uno intuitu cognoscas non
solum annos maiores medios et minores sed
eciam maximos atque fridarios.

Dixit Habenragil post multarum in hoc opinionum diversitatem

Sunt enim fridarij anni in quibus in vite cursu qui
libet planeta per aliquot eorum dominium habet super
vitarij nati

Planete	Anni Maximi.	Maiores.	Anni Medij	Minores	Anni fridarij		
♄	465	57	43	30	11		
♃	428	79	45	12	12		
♂	264	66	40	15	7		
☉	160	120	69	19	10		
♀	151	82	45	8	8		
☿	460	76	48	20	13		
☽	520	106	66	25	9		

Circa predicta dubia quedam scitu digna
occurrunt que monet et soluit Ant: de Mot
Primum dubium est. vtrum natus possit mori per
directionem hilegij ad corpora verorum infectorum
ante tempus promissum per alchocoden vel non
V. g. ponatur quod alchocoden concedat nato
45 annos vite. Et directio hilegij ante tempus
predictum veniat ad corpus. verissimi infectoris

absque alicuius fortune auxilio et aspectu vtrum sic
natus morietur vel non
Ad hoc dubium secundum sententiam ptolomei dicendum
est quod vita nati terminabitur per directionem
hilegij ad corpora vel radios abscisorum nisi aliqua
fortuna vel corporaliter vel aspectu suo impedierit
nec de alchocoden quicquam ipse curavit.
Hali habenragel licet alchocoden admittat
tamen visus est velle. quod per directionem hilegij
potest natus mori ante annos promissos per alcho:
coden. Hary in capite de etate posuit mortem
cuiusdam ante annos alchocoden. Similiter in capi
tulo de significatoribus octave domus dixit
quod quando natus transierit naturalem et ha
buerit hilech et alchocoden et per directionem
gradus ascendentis peruenerit ad corpora Satur-
ni et martis vel ad vtriusque radios vel ad
corpus vnius et radios alterius absque aspectu
fortune morietur natus in illa applicacione
nec sibi proficiet salus per hilegin concessa
nec per alchocoden. quia est hoc quoddam infor-
tunium duplicatum. Amplius. in eodem loco
inferius dixit quando in ascendente est hilech
et ibi fuerit corpus infortune vel per corpus
vel per aspectum malum puta oppositum vel quartum

licet omnia loca a quibus queritur hilech et eorum
domini fuerint salvi et nulla fortuna aspexerit
dictum locum. tamen natus non potuit evadere
Ex hiis igitur apparet voluisse Haly quod per di
rectionem advenientis hilech ad corpus infor
tune vel ad eius oppositum sine quolibet absque aspe
ctu fortune potest natus mori ante annos
alchocoden.
Dimissis aliorum opinionibus dixit antonius
de montolino confirmans ea que dicta sunt
quod natus mori potest ex sola directione hilech
ad corpora siderum malignorum vel contra
dios earumdem aspectu vel coniunctione benigni
sideris. Ita tamen quod sit vera directio per veram
applicationem longitudinis et latitudinis stante
infortunio interfectoris in termino mali. Et
si cum hoc consenserit revolutio anni et pro
fectiones hilegiorum et loca a quibus queri
tur hilech fuerint infortunata in figura
revolutionis et locus similiter hilech fuerit
infortunatus. et ascendens nativitatis ac eius
dominus similiter infortunati maxime in octa
va domo solus deus avertere potest quod
natus non moriatur ante annos alchoco
den. Narum poterit aliquando esse ita fortis

abscisio revolutionis anni et profectionis consequentibus
quod natus morietur nec sibi salus valet alcho
coden.
Dixi autem aliquando. (dixit antonius) quia non credas
quod abscisiones directionibus continue occidant quia
propter fortunium octave eo quod in radice ibi sint
corpora fortunarum et eciam revolutio et profe
ctio et fortunarum aspectus remittunt et prohibent
interitus ne abscisio tollat vitam nato licet
mittat infirmitates et pericula. similia morti
secundum naturam infortune et loci in quo fuerit
et planetarum aspicientium ipsum et dominorum
eius. raro enim accidit quod cum bonus est ab
scisio quod etiam anni revolutio et profectio con
cordant Et ideo secundum mentem antonii. Si sit
fortis abscisio natus potest mori ante annos
alchocoden. Si non sic fuerit tunc expecta an
nos alchocoden cum addentibus vel minuentibus
Ego tamen. Iuxta mentem ptolomei dicerem quod
ex quo via iudicandi vitam nati per alchoco
den non est via perfecta et certa omnimodo
sed cautius et certius est iudicare quantitatem
vite nati existentia hilegii ab interfectore.
Ut sciam invenirebat gradu bonatus in fore.

scientia capitis de quantitate vite nati ideo nulla
habita consideracione de alchocoden tenendum
est cum ptolomeo posse natum mori ex sola direc-
tione hylegi ad loca abscisoris corporis vel aspe-
ctum. Si nulla fortuna aut corporalis eius co-
niunctio aut aspectu benigno obstiterit. et ipse
finis si anni revolucio et hylegiorum profectiones
confirmant. quod si fortunarum presencia vel as-
pectus faveant a morte liberare possent
tamen peccabit sed infirmitates aliqua grandis
accidere poterit. ut latius in superioribus secundum
ptolomei sententiam declaravimus.

Secundum dubium. utrum anni promissi per al-
chocoden varientur secundum diversitatem provinci-
arum et locorum. Ad hoc dicendum quod multis
probabilibus racionibus respondet antoninus
dicendo quod individualis hominum complexio
variatur in creatis multis de causis tam racione
super celestium cum racione mixtionis tum racione
loci nati et ex multis parentum accidentibus que
contingunt diversis modis. Ita quod apparet
quod locorum varietas in natis complexionem
eciam variat. hec ponit antoninus duas conclu-
siones. Prima est vita natorum variatur
respectu diversorum locorum

Secunda in omnibus natis vita racione celestium
non variatur ex diversitate climatum et locorum

Prima conclusio probatur. per philosophum
in libro de causis longitudinis et brevitatis
vite dicentem quod degentes in partibus ca-
lidis longius vivunt quam in frigidis. Et hali
habenragel capitulo de alchocoden dicit quod sa-
piens considerare debet de qua provincia et
loco sit natus quia respectu diversorum clima-
tum et civitatum anni alchocoden varientur
in natis et confirmatur racione quia si non
esset ita multe civitates essent populatissime
que sunt destructe et omni anno est quasi do-
minium pestis. ergo anni alchocoden non refe-
rant perasse eidem in diversis climatibus
et locis. **Amplius** Racione diversorum
locorum et provinciarum variantur sensibiliter
multum actus excellenciores et nobiliores in
hominibus ergo maiori racione variabuntur
actus humani subordinati illis et minus
perfecti. assumptum patet de inclinacionibus ho-
minum et proprietate ipsorum ad diversos mo-
res in diversis climatibus et locis quia in

in uno loco sunt loco sunt quidam debiles ad speculandum et alibi habiles. Ergo racione diversitatis climatum et provinciarum variari debebunt eciam dispositiones pro vita brevi vel longa.

Preterea Experiencia constat quod aliqua loca sunt paludosa et lacunosa in quibus est racionabile et gentes non vivant equaliter cum habitantibus in locis siccis et magis salubribus

Secunda conclusio. declaratur scilicet quod vita in natis non variatur racione climatum et locorum ita quod diversitas locorum de per se sit causa sed diversitas supercelestium principalis est causa. Quoniam omnis appetitus naturalis in omnibus animalibus dirigitur et determinatur motu et influxu celesti. Et licet anima et naturalium eciam forme appellantur immediati et principales motores tamen suas naturales inclinaciones et appetitus non faciunt nisi sub prememoratis a superioribus causis sibi conformibus proporcionatis. Sic vita hominum in diversis provinciis ac locis solum determinata fuit sub influxu proporcionali effectibus habitabilis loci. Unde si locus pro brevitate vite hominis dictat nati producentur ad exitum sub influxibus

sub influxibus effectum talem dictantibus scilicet brevitatem vite naturalem quia omnis motus omnis dispositiones appetitus superioribus causis proporcionabilibus assistantur. Et ita celestes influxus in diversis provinciis variantur in vita natorum.

Et si duo essent nati in eodem tempore in diversis tamen climatibus non est possibile ut eandem figuram et siderum situm simul habeant.

Et si queratur ponatur quod duo nati non in eodem tempore nascantur et sub eadem celestium figura utrum equaliter vivent. respondet auctoritas quod equaliter vivent iste tamen casus in rarissimis accideret quia diverse disposiciones materie adinveniuntur ut in eis forme reducantur sub influxibus diversis proporcionabilibus dictis formis. Sed dubium maioris ponderis est posito quod duo nati nascantur eodem tempore et in eodem eciam loco utrum equaliter vivent necne quia racione veritatis astrologie deberent equaliter vivere quia eadem esset celestium configuracio in utroque. quod si non equaliter viverent astrologi in eorum sciencia mendacium dicerent

Tercium dubium utrum anni alcocoden nati variari possint ex influxibus nativitatis suorum parentum v. g. si genitor habuerit quintam domum dampnatam pro morte filiorum. Ita ut filii non diu vivant licet eorum nativitas longam vitamque demonstret

Ad hoc dubium respondet ex sententia Hali capitulo de
alchocoden quod est verum quod anni alchocoden nati
variantur disproporcionata virtute parentis. Ideo
dixit Hali quod oportet aspicere primitus in natis na-
tivitates parentum et eiusmodi sicut filii et gra-
cio sua quia multos vidi habentes dominum filiorum da-
natorum. Et quod nascebantur eis moriebantur licet
natus non haberet significacionem moriendi. Unde non
obliviscaris hoc. sed considera in hoc ante nutricionem.
Et antequam inspicias in vita vel in hileck sicut scias
antequam inspicias hileck vel alchocoden oportet inspicere
nutricionem an scilicet natus possit habere vitam vel non
Et confirmatur quia multi podagrici generant filios
podagricos. et ceci cecos. Et sic filius racione parentis
seminis habet brevem vitam. Antonius de monte
ulmo dat suam racionem et est valde confusa. Ideo propter
declarare voluit antonius in sua racione quasi re-
prehendere Hali quod non est verum quod pro iudican-
da quantitate vite filii oportet inspicere nativitatem
parentis. nam per influxum filii tu potes iudicare longam
vel brevem vitam filii quia licet semina parentum
concurrant ad generacionem. tamen casus spermatis
non fit nisi in tempore proporcionato nativitati
parentum quia maior pars motuum creatorum alti-
ficatur influxibus eorum nativitati. Et actus crea-
torum non fiunt nisi secundum disposicionem signorum. filius
disposicioni radici nativitatis sed cum influxibus

Hore exitus infantis sit similis influxui casus spermatis
in matricem Et ut dictum est casus spermatis in matricem
est in tempore proporcionato nativitati parentum. Ergo
cum filius nascitur utique nascitur cum disposicione nativita-
tis parentis proporcionatur et conformatur et per consequens
ex nativitate filii possumus de eius vite spacio iudicare
cum omnia ista sint annexa cum disposicione et nativi-
tate parentum Et istam racionem accepit antonius ab
Hali habenrodan tercio quadripartiti capitulo de paren-
tibus suis ad illud quod dicebatur de patre podagrico
sive muto aut ceco generante. Similiter filium et sic
causa brevitatis vite filii. Dicitur quod ex nativitate
filii iudicare licet de illius brevitate quia nascitur
filius cum tali forma disposicione et influxu confor-
mi nativitati parentis
Et si dicatur si hoc est verum quod nativitas filiorum
est proporcionatus influxui parentum pro filiis ergo
cum nascantur sed hoc Et tunc habeant influxum
deberet esse equalis eorum vita. Unde propter hoc ex
nativitate parentum iudicare possumus pro vita filio-
rum sicut et econtra scilicet per nativitatem filiorum iu-
dicare de vita parentum
Ad hoc respondet antonius quod non idem influxus
parentum pro omnibus filiis Immo sunt multi secundum
numerum filiorum quia aliter est dispositus influxus
parentis pro filio uno Et aliter est dispositus alius influ-
xus pro alio filio
Sed ego contra antonium sic arguo cum nascatur homo di-

gemelli eodem tempore Ergo eandem habebunt figuram celi et
planetarum influxus et per consequens eandem vitam
eandem fortunam et sic de reliquis accidentibus que
sub iudicio astrologi veniunt. Cum tamen oppositum experi-
encia appareat quod si non eandem vitam habebunt nec religio
propter diversos influxus parentibus in diversis
filiis (ut ipse ait) modo huiusmodi diversitas in-
fluxuum non potest iudicari per nativitates et figuras
gemellorum quia eadem eorum est figura nativitatis rege
sapientissime dixit hali quod oportet inspicere nati-
vitatem parentum. Ut exinde primus iudicemus de
vita filii quod nativitas filii non iudicat antequam per
nativitatem filii iudicemus hanc instanciam velli quod
aliquis pro antonio solveret.

Quartum dubium. Utrum anni dati nato per alhoco-
den possint elongari et augeri per bonum regimen
medicine. Ad hoc respondet antonius quod non potest
elongari vita nati seu anni dati per alhocoden.
nec aliquis transire potest medice artis aut alte-
rius beneficio periodum suam. Racio est quia in pro-
ductione creati disposiciones celorum reponunt in di-
viduales complexiones in creatis que disposiciones
fermentantur intrinsece tamquam in humido radicali
quasi in calido naturali et innato. Et talis indivi-
dualis complexio est virtute celesti donata Et non
potest nulla arte transmutari sed est affixa inseparabilis
nec est unicuique creato eadem quia rarissime hilech et
alhocoden et configuracio celi in duobus natis con-
cordant. Has occultas proprietates vocavit

Averois sexto colliget capite primo et de hac vult quod
intelligatur. Avicenna vero dixit quod unumquodque individuum
habet complexionem sibi propriam quam alteri associa-
ri est impossibile. Unde concluditur quod nullus potest
transire suam periodum. Unde albertus magnus in spe-
culo capite xviij bene dixit quod per gradum hilech
et per alhocoden. non iudicatur quantum oporteat vivere
de necessitate sed ultra quod vita eius non protenditur
ex natura. abreviari tamen possunt dies hominis non au-
geri. Et avicenna prima primi dicit unumquodque indi-
viduum habet terminum prefixum. Capitulo de etatibus
Et philosophus sexto de generacione capite penultimo
vita uniuscuiusque numerum habet Et hoc determinate
omnium est ordo. omne tempus et vita mensuratur perio-
do. sed non eandem omnes. Idem quinto de generacione
animalium. tempora quoque etatum mensurari vo-
lunt scilicet naturarum periodis.

Quintum dubium. Utrum ex celorum influxibus uni-
versalibus aliquis potest mori ante annos pro-
missos per alhocoden. sive per directiones hilech
quia multi moriuntur ex una peste ex causis
universalibus dependente et per consequens dubi-
tatur. Si coniunctiones magne sidera fixa maxime
prime vel secunde magnitudinis eclipses comete
annorum revoluciones variare possunt tempus vite
nati inventum per eius nativitatem scilicet per directiones
hilegij vel alhocoden.

Ad hoc dubium respondebat optime antonius de mo
talmo Et racionem accepit ab Hali habenrodan super
proemio tercii quadripartiti ptolomei dicebat igitur quod
sicut revolucio nativitatis radicis significatum auferre
non potest licet aliqualiter alteret: Ita maiori racione
revolucio mundi comete et eclipses licet mortem regis
vel domini significent talem tamen significatum non
apparet nisi influxus radicis nativitatis consenciat
Unde huiusmodi anni revoluciones et eclipses non
habent tantum posse ut natum valeant interficere nisi
radix consenciat. licet alterent et adiuvent dicunt
igitur auctores quod coniunctiones magne natos occidunt
prout eis nativitatum radices aliqualiter. Similes fu
erint. Et conformes et nullo modo aliter. Et ipse dicit
experiencia vidisse quod tam in revolucione mundi quam
in figura eclipsis significabatur vicinus nati fore
pessime dispositus et tamen nato infortunium nullum
advenit. Racione predicta non consenciente radice.
Et accepit hanc solucionem. Ex hali habenrodan
in proemio tercii quadripartiti ubi dicit quod non
accidit abscisio alicuius ex significacione alicuius
influxus generalis nisi de hoc aliquam habeat in na
tivitate significacionem.
Et Hali habenragel in fine tractatus revolucio
num nativitatum dixit. Ex sentencia antiquorum
quod si in radice nativitatis fuerit influxus
alicuius fortune. Et revolucio nativitatis signi
ficet

significet nato magnam ex maiori hec revolucio modicum
bonum poneret licet aliquid augmentaret. Et si in ra
dice nativitatis esset influxus nato maxime fortune et
in revolucione nativitatis esset influxus maximi infor
tunii. hec talis infortunatus influxus modicum nato
obesset licet aliqualiter remitteret de bono. Unde quia
racione fortis influxus revolucionis nativitatis
nulla tamen valet tollere influxum radicis eius. eadem
racione et maiori non poterit revolucio anni mundi
et eclipsis et consimiles universales influxus et
sic patet quomodo debet intelligi auctoritas albumazar
in libro de coniunctionibus magnis Ubi per coniun
ctiones magnas terminat mortem regis et prophe
te quomodo eciam intelligitur Hali habenragels
Sentencia cum in revolucionibus annorum ponit mor
tem regis per revolucionem anni mundi et per co
metas et eclipses. et ptolomeus voluit quod comete mor
tem significant principum. sed de his satis ad reliqua
transeamus

De almuten nativitatis quid significat et et quomodo inveniatur caput

Quoniam de alcocoden sufficienter et forte plus
quam erat dictum est nunc de almuten nativitatis dicamus
quoniam post alcocoden potest esse planeta dignior
in dando annos nato
Modus autem ipsum inveniendi est. Vide quis planeta
plures auctoritates seu dignitates habeat in quinque

videlicet in ascendente nativitatis in loco solis in loco lune in loco partis fortune et in loco coniunctionis sive preventionis precedentis nativitatem. Ille planeta dicitur almuten nativitatis. Et qui nativitati in vita nati prest aquo ut ait alcabitius est nati post hilech et alcocoden. significator

Almuten autem planeta dicitur vincens et intelligere fortitudines seu virtutes seu dignitates planetarum essenciales.

Notandum quod ut exerceas hunc canonem istud oportet videre sigillatim in quolibet quinque dictorum locorum. quot dignitates habet quilibet planetarum. deinde colligere collective quis planetarum in dictis pluribus numero habet fortitudines ille erit almuten.

Ex introductorio autem certum est quantum quelibet dignitas valeat. Nam domus valet quinque exaltacio quatuor triplicitas tria terminus duo apparicio sive facies unum. V. g. videbo primus in loco solis quis planeta est forcior et plures dignitates numero habuerit. Et hoc faciam inspiciendo in loco solis quot dignitates quilibet planeta habeat et illas notabo. Deinde in loco lune. Deinde in loco coniunctionis vel preventionis precedentis nativitatem et sic de aliis. Ultimo colligam omnibusque dignitates in omnibus et apparebit quis in omnibus illis plures dignitates habeat vel saltem in quatuor aut tribus locis dictis ille almuten erit.

Advertendum. Quod volunt aliqui solem et lunam non esse accipiendos pro almuten sed alios planetas. Et hec de almuten nativitatis dico autem nativitatis quia almuten absolute significat planetarum vincentem. Ideo aliqui vocant almuten loci alicuius planetam qui plures numero fortitudines habet in dicto loco aspiciat vel non aspiciat. Sed si aspiciat est melior. Si vero plures planete equales essent in fortitudine in dicto loco ille erit almuten qui dictum locum aspexerit. et si equaliter aspexerint eligemus illum qui erit in angulo forciori esse. Et si equaliter sic fuerit eligemus illum qui erit in suo statu. Et soli affinior in figura ita quod non sit sub radiis solis. Et sic dicunt se appellare almuten eclipsis sicut dicit Ptolomeus secundo quadripartiti planetam plures habentem dignitates in loco eclipsis et in angulo precedenti. Et si aspectu aliquo aspiciat dictum locum vel ibi corporaliter sit tanto melius. Et hali haberragel dixit quod almuten coniunctionis est dominus ascendentis si illud aspiciat et ita de almuten domus sed dator eciam almuten mortis qui forcior est in dignitatibus ceteris in domo mortis. almuten coniugii filiorum et sic de aliis. Dignitates autem sunt ille quinque essenciales dicte a ptolomeo in tercio quadripartiti in principio scilicet domus exaltacio triplicitas terminus et apparicio vel solis affinitas ut in capite de rectificacione figure celi dictum est.

De reliquis nato post partu contingentibus que
Scire querimus ac iudicare debemus sicut de
forma et figura corporis nati ac ipsius
complexione caput.

Continuando Hali habenrodan caput hoc precedentibus
dixit quoniam intencio est ptolomei dare regulas iudicandi
accidencia que homini contingunt in vita sed quoniam
homo compositus est ex corpore et anima Ideo opor-
tet videre accidencia que accidunt homini pro statu
corporis et anime et primo incipit ab accidentibus que
respiciunt statum corporis. Unde in hoc capitulo po-
nit regulas per quas scire possumus statum corporis.
In sequenti regulas quibus scire possumus pestilen-
cias et infirmitates corpori contingentes. Deinde
regulas de statu anime. ultimo regulas de pestilencijs
anime.
EGO autem sic dicta ptolomei dividerem. tria sunt
accidencia hominis scilicet corporis, anime. et fortune
seu externe. Bona corpis sunt pulchritudo. deformi-
tas. magnitudo. parvitas. sanitas. egritudo et sic
de alijs. Accidencia Anime sunt. Sicut audacia
timiditas. Ira. desidia. temperancia. intemperancia
Et sic de alijs, Externa vero sunt. Sicut divi-
cie paupertas. filios habere. orbatum esse filijs. uxorem
habere. Et non habere. Honores. Et infamie. ami-
cos et inimicos et sic de alijs.
Ptolomeus igitur volens dare. regulas. Iudicandi acci-
dencia que homini contingant.

Postquam de spacio vite dixit incipit primus dare regulas
de accidentibus que ad corpus pertinent sicut de for-
ma et figura corporis ipsius nati atque ipsius comple-
xione. De infirmitatibus corporis et sic de alijs.
Deinde regulas de accidentibus anime. ultimo de exter-
nis loquitur. Racionem autem quare primus de acci-
dentibus que ad corpus spectant loquitur quam de acci-
dentibus que ad animam. assignabat Ptolomeus di-
cens quia corporis qualitates naturaliter anime quali-
tates precedunt. Racio autem quare corporis qualitates
precedant que sunt anime. est quia cum substancia
corporis sit spissior et magis sensibilis quam substancia
anime accidencia corporis sunt magis sensibilia
quam accidencia anime Itaque accidencia corporis appa-
rent statim cum ipso corpore nascuntur. accidencia vero ani-
me que a prima causa qui est deus benedictus prove-
niunt. Non apparent nisi post nativitatem et cura-
cionem parvulatum. Et cum tempore. Alia vero que sunt extra
corpus et Extra composicionem corporis que essencia
vocatur accidunt post predicta accidencia scilicet corporis
in multo tempore postea sicut habere prolem et uxorem
~~nisi post nativitatem et curacionem parvulati~~.
Hali habenrodan assignabat racionem aliam quare qua-
litates corporis. precedunt qualitates anime, quia vir-
tutes anime sequuntur corporis complexionem videmus
enim manifeste quod ille qui habet cor calidum est
audacior et irascibilior eo qui habet frigidum

Et habens complexionem melancolicā est timidus. Et
habet alia accidentia melancolie

Amplius notabat Hali ait quod deus gloriosus crea-
vit animā post substancias abstractas et fecit eam
nobiliorē illis. licet sit cōiūcta corpori sicut una
illarū que est educta de potencia materie. prota
vegetabilis aut sensibilis. Et bona que veniunt ma-
terie veniunt ex parte dei. mala vero propter na-
turas suas et materias suas propriās. Ea igr que
recipit anima per deū et per corpus et per suā
naturam sūt secundū quod operantur in ea figure stel-
larū hora nativitatis.

Regula generalis. in forma et figura corporis atq; cōplexione nati cognoscenda

Oportet respicere orisontem orientalē .i. ascendens
et planetas existentes in eo Et planetas disponen-
tes ipsum .i. habentes disposiciones et dominium
.i. qui forcior est in dignitatibus tam essentialibus
quā accidentalibus in ipso ascendente Et sic pre-
hanc regulam docuit nos ptolomeus universaliter
ē quibus locis et planetis sumendū est iudiciū
de nati forma et complexione.

Secunda regula. et est minus cōis seu gnālis

oportet etiam quod dictū est in precedenti regula gnāli
respicere ad lunā et locū in quo est luna et pla-
netam habentē disposicionē in loco lune .i. mani-
netam habentes auctoritates Et dignitates in illo loco. Et Hali
addit Et planetam applicantē sibi. Et addit Pto-
lomeus. quod figura corporis et forma eius nō
nisi ex his duobus locis iam dictis cognoscitur.

(ex natura signi ascendentis et signi loci lune.
Secundo. Et ab aspectibus planetarū disponenciū
hec duo loca. Tercio Et ex commistione eorū ac ea-
stellarū fixarū ascendenciū cū eis .i. que sūt in gradu
ascendentis et que sūt cū luna in eodem directo posicionis
Et que sūt cū quolibet planeta dispositore.
Ex his aūt tribus per que iudicamus forciores sūt
planete dispositores postea virtutes locorū. Et ultimo
commixtio que fit de istis. Et de stellis fixis
Notabat hali dicens quod iuxta primā regulam u-
niversalem oportet prius iudicare per significa-
cionē ascendentis. Et dispositoris ipsius quā per locum
lune et eius dispositorem.

Sequuntur regule particulares

Si Saturnus est dispositor locorū predictorū
s. ascendentis. et loci lune et fuerit orientalis
figura nati erit mellini coloris mediocris crassi-
tudinis pilli eius erunt nigri capilliq; capitis crispi
pectoris pillosi spissi. oculi mediocres corporis tempe-
re magnitudinis et super ipsius complexionē vincet
frigiditas et humiditas
Si vero fuerit occidentalis natus erit subnigre
macilentus parvi corporis planos et raros habēs
capillos apte composicionis. oculi eius nigri et in
ipsius complexione vincet siccitas

Notandū primo secundū Hali habemus quod
nō immerito Ptolomeus posuit diversitatē eius.

Eius planete s. Saturni in significando quando est
orientalis ab eo quando est occidentalis quia quando
planete altiores et superiores fuerint orientales
crescunt vires eorum et est lux eorum maior.
Et quando fuerint eorum occidentales minuunt vires
eorum. Et lux eorum est minor. Et propter hoc conve-
nit ut sint alterius maneriei quando sunt orien-
tales quam quando sunt occidentales. quia planeta
habet semper res proprias et diversificatur secundum
diversitatem statuum suorum. Ampli notandum. Secundo
[illegible] quod dicta Ptolomei in hoc oportet quod
intelligantur de locis temperatis et de complexionibus
temperatis. Nam quando dicunt astrologi talis planeta
significat spissitudinem corporis intelligitur in compa-
ratione spissitudinis corporis temperati. Et erit coloris
albi respectu coloris temperati. propterea oportet
ut in memoria habeas quod dictum est in prin.
quadripartiti s. quod oportet considerare genus
civitatis et [illegible] hominis. Et quod dictum est in
secundo quod oportet etiam inspicere proprietates cli-
matis quia non convenit dicere de homine qui nascatur
in ethiopia quod erit coloris mellini sed oportet
dicere quod erit minoris albedinis altero nato
dices de stirpe Ethiope quod erit albus. sed quod
non erit sic niger et alii.
Et si dicatur ergo regule ptolomei sunt diminute
quia non sunt universales omnibus climatibus.

Et locis atque generibus. Respondet quod iste eius in
hac scientia sunt complete. quia in primo et secundo libro
iam de hoc regulas universales dederat tamen etiam quia
ex his regulis que hic intelliguntur in comparatione corporis
temperati facilius eorum corporum qualitates intelligere
possumus sicut medici loquuntur de complexione tem-
perata. Et de his que recedunt a temperamento et inde
invenias aliarum specierum complexiones dignoscere.
Secunda regula particularis. Si Jupiter est dispo-
sitor locorum predictorum s. ascendentis et loci lune
Et fuerit orientalis sic natus habebit hanc dispo-
sitionem sive formam videlicet erit albi coloris con-
venientis et mediocris capillature oculi eius me-
diocres apte stature mediocris quantitatis et comple-
xio eius a predominio erit calida et humida
Sin autem occidentalis fuerit natus erit albus
non tamen adeo ut supra diximus et capilli eius
erunt plani et ex anteriori parte calvus. oculi me-
diocres et erit corporis mediocris et eius complexio
erit humida a predominio.
Notabat Hali quod quando Jupiter est orientalis
est fortis. Et quando occidentalis est debilis mo-
dice apparentie ac splendoris. Ideo cum orientalis
est dat caliditatem et quoniam magis natura eius
tendit ad humiditatem Ideo dat etiam humiditatem
Cum vero occidentalis dat solum humiditatem.

Et inter frigiditatem et caliditatem temperancia qua:
lis est eius natura temperata

Tercia regula particularis. Si mars predictorum lo:
corum s. ascendentis et loci luminis dispositor fuerit;
et ipse solus significacionem habuerit. Et orientalis
extiterit natus erit particeps albedinis et rubedinis
bone quantitatis. Idonee carnositatis oculi eius varij
seu rubei capilli spissi et mediocres et eius comple:
xio erit calida et sicca.
Sin autem ocidentalis natus erit solum modo rubei
coloris moderate quantitatis corporis parvos habebit
oculos. Raros ac planos capillos ac flavos, et
eius complexio erit a predominio sicca. X
Notabat hali quod fundamentum horum dictorum
est propter naturam martis que est combusta et
sicca. Et quando fuerit orientalis recipit calida
et temperata natura et multam humiditatem. Ita
quod ingrossat corpus. Et oculi veniunt coloris cele:
stis propter humiditatem que vincit et capilli sunt
spissi propter multas fumositates que sunt in
corpore propter magnam caliditatem quando vero
ocidentalis vincit siccitas.

Quarta regula particularis. Si venus pre:
dictorum locorum dispositrix et domina fuerit. Et orien:
talis illos effectus in forma et complexione nati
quos et Jupiter. Sed quoniam est maioris appari:
cie quam Jupiter Et est femina. Ideo effectus eius

effectus eius in forma sunt pulchriores et pulchri:
tudo eius pulchritudinem muliebrem magis assimilat
et erit pulchrioris figure et benignioris voluntatis
quo ad animam et mollioris corporis et oculos subro:
sos et pulchros nato dabit pulchriorem igitur ac
formosiorem stella veneris formam et acceptabiliorem
quam Jovis dabit

Quinta regula particularis. Mercurius si
predictorum locorum dispositor fuerit et orientalis for:
ma nati erit huiusmodi videlicet erit coloris
mellis erit quantitatis corporis moderate bone com:
plexionis parvorum oculorum capillos seu pilos habens
mediocres et complexio eius a predominio calida.
Si vero ocidentalis natus erit particeps coloris
subnigri Et croceus macilentus. Vocem habens gra:
cilem et concavos oculos erit eciam pupilla oculi sicut
pupilla oculi caprini declinans ad rubedinem Et eius
complexio erit a predominio sicca.
Notabat Hali. quod fundamentum horum dictorum
est quia planeta per orientalitatem acquirit bo:
nam apparenciam et caliditatem et per ocidentali:
tatem oppositum. Et propria natura Mercurij ten:
dit aliquantulum ad siccitatem

Amplius Dixit notandum quod si mercurius quando
natus nascitur in regione temperata pro eius natu:
ram colorem mediocrem inter rubeum et croceum.

X

Quando occidentalis fuerit quanto magis facit in-
gredinem quando erit in regione calida et combustus
et habet mercurium. Hanc naturam inter alios planetas
quia semper est combustus et sub radiis solis sic
est civitas sive regio multum calida
Sexta regula particularis. Sol et luna cum Jove
et veneri adherent in significacione super formam
nati adaugent venustatem et pulchritudinem nato
Cum vero Saturno aut marti participes fuerint, fu-
extrahent deformitatem quia isti planete nato
inferres intentor. Sol item adiuvat quo ad pul-
chritudinem et formositatem et corporis spissitudinem
sive fuerit per se significator et dispositor
sive participacionem habeat cum planeta disposito-
re. Luna vero gradu adiuvat in dando spani-
am macredinem. Et complexionem humidam. Et hoc
proprie quando separatur a sole et apparet lumen
suos. particulariter vero facit diversos status
secundum diversitatem sui luminis. Nam per augmentum
sui luminis. Et Habenraeden dat flegma
salsum. Et per diminucionem flegma acetosum.
Et dixit etiam Habenraeden quod secundum participa-
cionem quam habet in figura cum loco solis et angulis
diversos status efficit .s. in forma et complexione
nati. Dubitabat Hali. Si sol vel luna fuerint
dispositores forme nati fuerit quando oportet per...

Respondet quod significabat quo ad formam eius
naturalem regionis in qua quis nascitur sine aliqua
inclinacione ad aliquod aliud caput.
Sequitur alia regula generalis. Universaliter quando
planete sunt matutinales seu orientales et apparentes
.i. exeuntes exeuntes de sub radiis solis corpora efficiunt
magna .i. spissa in carnibus et ossibus. Racio huius
regule est dicit Habenraeden in comento quia cum plane-
te sunt matutinales sunt forciores et ideo forcio-
ra atque magis completa efficiunt corpora. Et semper
in hoc crescunt donec ad primam stacionem applicant
cum ergo planete in prima stacione fuerint .i. staciona-
rii corpora efficiunt forcia ac vigorosa.
Cum in secunda stacione fuerint faciunt ea debiliora
Nam post primam stacionem semper virtus eorum vadit
minuendo donec sint in opposicione solis. Ideo
tunc faciunt corpora debiliora et semper crescit de-
bilitas donec vespertini fuerint. Et intrant sub
radios solis cum ergo sunt occidentales et abscon-
derunt se sub radiis. Ita quod non apparent
corpora faciunt debilia dolorosa ac vilia quia
inferius impedimenta atque gravitates alio acci-
dunt ei.
Regula alia generalis. Loca eciam figure celi
.i. signa atque et partes celi in quibus sunt planete
disponentes super formam et complexionem nati
Et Habenraeden addit et figure loci lune et.

Et ascendentis sunt que adiuvant ad formam et figu-
ram atque complexionem nati secundum naturas eorum. unde v-
niversaliter si planete qui significant super complexi-
onem et formam fuerint in quarta celi que est a puncto
equinoctiali vernali .i. ab inicio arietis usque ad
punctum solsticialis estivalis .i. usque in fine geminorum
demonstrabunt natum fore boni coloris convenientis sta-
ture apte carnositatis bonorum oculorum. Et eius comple-
xio erit calida et humida a predominio Racio huius
est dicit Haberrodan. quia ista quarta est temperata et
tendit magis ad caliditatem et humiditatem.
Si idem planete fuerint in quarta celi que est a
solsticiali estivali .i. a principio cancri usque ad
punctum equinoctialis autumnalis .i. in fine v-
irginis significat natum fore temperatum et mediocris
stature competentis carnositatis magnorum
oculorum spissos capillos atque crispos habentem eritque
eius complexio a predominio calida et sicca.
Racio huius est dicit Haberrodan. quia ista
quarta celi est calida et sicca et sic caliditas
et siccitas faciunt in terra temperata sicut quod
dixit Ptolomeus. Si predicti planete fuerint
in quarta que est ab equinoctio autumnali usque
ad solsticium yemale .i. ab inicio libre usque in fi-
nem sagittarii. Significat natum fore coloris
mellini macrum. gracilemque habitum spa-
tulas amplas mediocrium capillorum aptorum

et pulchrorum oculorum et eius complexio a predominio
erit frigida et sicca. Racio huius dicit Haberrodan
est quia ista quarta celi est frigida et sicca. Et sit talis
post calorem. Ideo convenit quod significet amplas
spatulas et magnitudinem membrorum superiorum.
Si vero fuerint planete predicti in quarta celi que est
a solsticiali hiemali usque ad punctum equinoctialem verna-
lem idest ab inicio capricorni usque in fine piscium si-
gnificant quod natus habebit nigrum colorem et qua-
litatem corporis mediocrem capillos planos seu extensos
sos et raros. bone composicionis. Et eius complexio
erit a predominio frigida et humida. Racio est dicit
Habenrodan quia huiusmodi quarta est frigida et humida
Et niger color provenit nonnumquam a magno calore
nonnumquam eciam a magno frigore et quia in hac quarta
est magna frigiditas Ideo nigrum efficit colorem.
Notabat preterea Habenrodan dicens quod Ptolomeus
voluit per ea que dixit in hac universali regula
significare quod quelibet harum quartarum quando planeta
est in ea qui est dispositor locorum significancium
super formam nati adiuvat planetam concordantem cum ea
in suo significato et minuit de significato planetarum
non concordancium cum ea
Regula alia universalis Postquam est posita regula
universalis de locis universalibus in celo .i. de quartis.

de quibus in quibus reperiuntur planete significantes
super formam nati qui si sunt dispositores locorum significan-
cium super formam et figuram nati quod significant futu-
rum in forma nati. Hic ponitur regula et est de par-
ticularioribus locis celi videlicet de signis quod si-
gnificet unumquodque illorum futurum in forma nati et
complexione quando planeta qui est dispositor
forme nati reperitur in tali signo Et ait Pto-
lomeus in hoc quod particularitate oportet inspi-
cere loca in celo et signa et stellas tamen illa que sunt
in Zodiaco quia illa que sunt extra. Tamen modo sunt
in eo erecto positionis dum planeta sive planetis
dispositoribus forme nati et significantibus super
formam nati. Et tunc si huiusmodi signa fuerint fi-
gure similis humane figure. significant natu-
ram corporis temperati et bone compositionis illa vero
loca que non sunt similia figure humane et per con-
sequens non dant temperancia mutant corpora secundum quod
conveniunt formis suis et trahunt ad naturam suam
Et faciunt membra similia suis aliquatenus inclinan-
do ea ad maiorem vel minorem magnitudinem sive
ad fortitudinem vel debilitatem et ad bonam compositi-
onem vel malam v.g. ♌ ♍ et ♐ natum trahunt
ad magnitudinem. Racio huius dat Habenrodan
quia figure horum signorum sunt in celo magne
Ideo significant magnitudinem.

♓ ♋ et ♒ ad parvitatem Racio quia figure
horum sunt parve significant parvitatem ♈ ♉ et ♌.
secundum anteriora eorum membra inclinant ad grossitudinem
secundum eorum posteriora inclinant ad parvitatem et debili-
tatem Et Racio huius dicit Habenrodan quia fi-
gure que bestiis assimiliantur aut figureas homi-
ad figureas bestiarum Et quoniam ista tria signa
habent anteriora maiora quam posteriora ideo
talem rem in corporibus hominum faciunt et per op-
positum ♐ ♊ et ♏ versus horum anteriora prin-
cipia declinant corpus nati ad macredinem. et secundum
posteriora ac fines ad grossiciem et spissitudinem
♍ ♎ et ♐ corpora ad temperiem et bonam co-
adunacionem et compositionem ♏ ♓ et ♉. incli-
nant illa ad distemperanciam. Racio est dicit Ha-
benrodan quia illa que temperanciam faciunt sunt de
figurea hominum Ideo temperanciam faciunt Et illa
que sunt elongata a figureis hominum distemperan-
ciam. Iterum ait Ptolomeus Conveniunt de aliis
figurarum proprietatibus videre Et illas obser-
vare et eas adiuvare eo fecerit Et ex commixti-
one et compassione illarum erunt habebit colores
proprietates in forma corporum. Dicit Habenrodan
quod ex hiis verbis Ptolomei dat nobis regulam
universalem pro omnibus. Ita quod quandocumque

quod dispositor eius est unus et omnes alie res concor-
dant cum eo in ea disposicione sive significacione
sic iudicabis per dispositorem. Si vero alia res
contraria fuerit dispositori minues tantum quan-
tum istud minuit de ex illa pertinente ad ipsum.
Si vero dispositor fuerit plus uno planeta ita
quod plures dominentur in disposicione sive signi-
ficacione, tunc sumes ex illis illum qui fuerit ma-
ioris testimonii i. authoritatis et considerabis
alias res que conveniunt in ea disposicione seu
Regula significacione et secundum illas addes aut minues
summa- a significacione disposicionis et ita non solum in sci-
ria ge- endo figuram corporis. Et eius formam atque comple-
neralis xionem regulam istam observare oportet sed generaliter
in cunctis aliis cognoscendis accidentibus,

De impedimentis Et infirmitatibus Sive mor-bis corpori conntingentibus Caput

Non te lateat in primis quod per impedimen-
ta in hoc capitulo intelligit Ptolomeus noc-
umentum accidentis corpori semel tantum contingens
Et durat: dolet multum. neque a corpore removentur
quas hali pestilencias vocat. Sicut cecitas surdi-
tas paralesis et huiusmodi. Infirmitates vero
sunt nocumenta accidentis corpori que semper durant
donec durat dolor et donec liberetur vel recipere
cant quandoque sicut podagra colica dolor splenis
et huiusmodi

A quibus locis in figura natiuitatis sumitur Et a quibus planetis Significacio Super

impedimenta et infirmitates que corpori ipsius
nati adueniunt. Dixit Ptolomeus tercio
quadripartiti duodecimo, quod a tribus locis videlicet
ab ascendente a septima et a domo que sequitur
septimam. et non habet aspectum cum ascendente
i. sexta domo. Et maxime ab occidente i. sexta
et septima. a duobus vero planetis s. infortuniis
i. saturno et marte. observacio qualiter aspiciunt
hunt ad predicta loca. Unde sequitur regula

Regula generalis de significacione impedimentorum et infirmitatum corpori nati actidencium:

Cum uterque planeta qui est infortuna vel alter
eorum fuerint corporaliter in predictis locis vel
aliquo maligno aspectu de illa aspexerint s.
quarto vel opposito. sine dubio significant impedi-
menta et infirmitates in corpore nati cor-
tora Et maxime si uterque luminare s. sol et
luna vel alterum eorum fuerit in angulis eo modo
quo diximus ut in eorum sequenti. i. Sexta domo vel
angulis oppositis s. ascendente vel septima.

Aduertendum autem, excepto quod non solum for-
tificatores eius infortunie et per consequens signifi-
cacio super impedimentum et infirmitates co

cor*u* infortuna vadit ad gradu*m* anguli post lumi
naria loca sed scia*s* cu*m* infortuna separator a
gradu anguli ante luminaria. Ita quod ceciderit
omnino impedimenta et infirmitates siue ex di
ctis quinq*ue* locis s*cilicet* ascendens. septima. sexta. locus
solis et locus lune. aliquis eorum separetur ab
infortuna. siue vadat ad ea*m* quia tantum est vu
gratum aliud tamen docet Haben*ragel*. quod ma
ioris nocumenti est ille qui vadit q*uam* ille qui se
parator ab infortuna

Amplius aduertendu*m*. Secundum enim Ptolomeum
quod modi seu maneries impedimentorum et infir
mitatum significantur per signa locorum eius
iy .s. per signo ascendentis et septime que sunt
loca hemispherij seu partes orientis et loca sig
norum et per naturas stellarum infortunarum et stel
larum participancium cum eis. ut inferius sequitur

Regula generalis in quibus continget no
cumentum membris. Et modo seu nocumenti
et sicut impedimentum et infirmitas

Dixit Ptolomeus quod gradus cuiuslibet signi
in quo est gradus ascendentis vel septie reci
piens nocumentum. significat membrum in quo
erit nocumentum .s. impedimentum. vel infirmi
tas .s. mediate. Racio est dt Haben*ragel*
quia ille gradus erit in termino alicuius pla

nete et propterea conuenit et disponatur mem
bro quod est illius planete significant eciam
per gradus signi dicta nocumentis. s. illud quod
eueniet erit impedimentum vel infirmitas vel utrumq*ue*
Et naturam eciam planetarum specificant .s. de
terminate demonstrant spes impedimentorum
et infirmitatum quod gradus signi recipiens no
cumentum demonstret membrum in quo accidet
illud. Ex eo quia ille gradus est in signo alicu
ius planete. Unde afficitur membrum illius pla
nete declarat Ptolomeus.

Nam saturnus dominatur super hominis auditum ♄
dextrum splenem vesica*m* et flegma. Racio est
dicit Haben*ragel* quia saturnus habet simili
tudinem cum sole in multis et maxime in signi
ficacione patris Ideo habet auditum dextrum
Propter melancolia*m* habet splene*m* que est
de natura eius propter frigiditate*m* magna*m*
vel humiditate*m* quare facit significare fleg
ma. vesicam propter superfluitates canalium

Iouis significat Super tactum pulmone*m* costas ♃
cartilagines. et sperma. Racio est qui tactus
conuenit temperancie. Iouis aut*em* calidus et
humidus temperate, pulmo coste et pulsus
et sperma conueniant calori et vite que est
propter temperancia*m*.

Mars. Habet auditum sinistrum renes. venas. ♂

Et testiculos. Racio quia mars participat cum ho-
na. Sol visum cor cerebrum nervos et omnia dexter
partis membra. Racio est dicit Habemeoden quia
sol est nobilior omnibus aliis stellis habet nobi-
liora membra. Et habet participacionem cum aliis
planetis in terminis medietatis maioris firma-
menti.

♀ **Venus.** odoratum epar, carnem. Racio est quia
in natura est Jovi proxima et quia dat pulchri-
tudinem convenit ut ista membra possideat.

☿ **Mercurius** locucionem deliberacionem. memoriam
linguam. fel atque renes. sive odoratum. Racio
est quia mercurius tradit ad siccitatem et est con-
vertibilis nature cum quo nos planeta misceatur
Et semper vadit circa solem qui est princeps
maior Ideo habet ea que dixit Ptolomeus
fel autem propter mixtionem quam habet cum infor-
tunis

☽ **Luna.** gustum deglutitum stomachum ventrem mu-
lierum matricem pudenda et omnia sinistre partis
membra. Racio dicit Habemeoden quia sol
habet principalia convenit ut luna habeat
que serviunt cibo sicut venter stomachum et
matricem

Regula generalis quando infortune
faciunt impedimenta et quando infirmitates
Dixit Ptolomeus. quando infortunatrices stelle

que sunt causa nocumentorum fuerint orientales si-
gnificat contingere debere impedimenta quas pesti-
lencias vocat Habemeoden. Racio est ut inquit aut
quia tunc sunt fortiores ideo forciora nocumenta
condonant. Cum vero eedem stelle occidentales fuerint
infirmitates evenient, quid autem per impedimenta
et quid per infirmitates intelligat Ptolomeus iam
supra declaratum est.

Sequuntur regule particulares de impedimen-
tis ac infirmitatibus nati corpori contingentibus

Postquam Ptolomeus universales regulas de nocumentis
impedimentis et infirmitatibus tradidit. nunc par-
ticularitas de hiis loqui volens dicit quod accidencia
in hiis rebus particularia scilicet quo ad impedimenta
et infirmitates cognoscuntur secundum posiciones stella-
rum in observatis configuracionibus. et experimen-
talis

De cecitate ac debilitate visus unius
oculi. Regula prima.
Luna existente infor-
tunata in ascendente vel in septima et sole
in ea hora existente in coniunctione cum ea vel in o-
posicione natus habebit cecitatem vel infirmitatem
puta debilitatem vel huiusmodi solum in uno oculo.

Amplius Si luna existens infortunata appli-
caverit per aliquem aspectum soli existenti in ali-
quo angulorum puta ascendentis vel septime

Et cum hoc habeat participacionem cum aliqua stella
nebulosa earum que sunt in zodiaco. Ita quod sit cum
ea in eodem directo posicionis. Idem eveniet .s. in vno
oculo visus privacio aut debilitas. Sunt autem stelle
nebulose sicut stella nebulosa que est in cancro
et pliades in thauro. Et alia que in sagittario
et caput cauda scorpionis et ille que sunt in cir-
cuitu crinis leonis et in aquario altera que
dicitur calber

Secunda regula. De vtriusque oculi cecitate

Luna existens in aliquo angulo puta in ascendente
vel occidente infortunata a marte vel a marte
et saturno et ipsis existentibus orientalibus luna
vadat et applicet eis .s. declinacione. de coniunctione
vel de aspectu. significat quod natus peribit
vtriusque oculi visu vel infirmabitur Et hoc aut
scabies aut vlcus aut cattaracta.

Amplius Si sol est infortunatus in aliquo
angulorum predictorum ab his duobus planetis et va-
dit ad applicandum eis. Ita quod saturnus et
mars fuerint orientales a sole idem significabit

Amplius Si ambo luminaria sint in coniunctione
vel opposicione et ambo infortunati a saturno
et marte et dans infortunium soli sit matuti-
nalis et infortunans lunam sit vespertinalis
tunc idem eveniet a qua autem causa evenit im-
pedimentum eam vel vtrisque oculis si scire volueris

aut Ptolomeus vide si mars est ille qui illud facit
et hoc iudica quod erit propter ictum vel vulnus et
ferrum vel combustionem. et si cum marte habebit par-
ticipacionem seu associacionem mercurius erit propter
luctam et solacium et aliquem dominum malum.
Si saturnus illud facit erit propter descensum aque
et humiditatem ad oculos. ex figura frigore magno
vel vulnere quod fiet super pupillam oculi et catara-
ctam Et huiusmodi

De sterilitate nati Si fuerit masculus
Et aborsu Si femina fuerit regula

Si venus in aliquo angulorum predictorum .s. in ascen-
dente vel in occidente et maxime in occidente in
septima et cum ea saturnus corporaliter coniunctus
fuerit vel ipsam aspexerit et mars venerem
aspexerit vel sit in eius opposito. vel ut alia
lra habet Mars altus fuerit super ipsam vel
opposito aspectu aspexerit hoc creatura illa
si est masculus non faciet filios. si vero femina
aborsum pacietur. Ita quod filij morientur
et parient ante tempus. Am

Amplius Si saturnus in aliquo predictorum angulo-
rum fuerit et maxime in septima. Venere scilicet
ibidem vnita vel ipsam aspiciente et mars fue-
rit elevatus super eam vel in eius opposicione
idem fiet .s. sterilitas in masculo. In femina
aut aborsus. Immo quandoque tota debilitacio

Sicut dismembracio excaturarum et propter eam venus
in predicta configuracione existens sit in cancro
virgine et capricorno et cum luna applicet marti
a parte orientis.

De homine castrato aut hermophrodito vel
clausa si fuerit femina Regula.

Si venus in predicta configuracione fuerit quan-
doque cum saturno et particpacionem habuerit
cum Mercurio et mars elevatus fuerit super eam
natus erit absque testiculis aut hermophroditus
aut clausus.

Amplius. Si venus in eadem configuracione ex-
titerit cum saturno et marte et soleque aspexerit
et ipsa venus et ambo luminaria fuerit masculina
et luna occidentalis et venus in hoc stato applicet
infortunis hic natus erit sine membris genitali-
bus vel si ea habuerit accidet pestilencia in eis
Ita quod non poterit dare sperma. Et maxime si
venus in tali stato fuerit in ariete, leone, scor-
pione aut aquario et si erit femina non pariet
et erit sterilis et qui hanc configuracionem habe-
bit non evadent etiam ab impedimento visus

De impedimento lingue et per consequens
de mutis et balbucientibus regula.

Quando saturnus et mercurius fuerint ...
cum sole existente in ascendente vel occidente et
luna utrique associata fuerit. a aspiciat ambos

Maxime quidem cum mercurius occidentalis exiterit
hic natus habebit deterioracionem lingue vel erit bal-
buciens. Et si mars fuerit cum his duabus stellis
in aspectu habuerit tempore quo associabitur lu-
ne displicet deterioracionem lingue. Dixit Habenrodan
quod si solus mercurius fuerit cum sole habendo
aspectum ad saturnum vel luna applicante saturno
hic talis constellacio eciam deterioracionem lingue faciet
Et ait Habenrodan. quod tempus quo remo-
vebitur lingue deterioracio erit secundum gradus qui
sunt inter martem et lunam vel inter ipsum et
istos alios planetas.

De gibositate. claudicacione. desiccacione
idest paralisi et dislocacione membri ali-
cuius Regula

Cum due infortune fuerint in angulis et ambo
luminaria vadat ad coniunctionem vel opposicionem
aut ad quadraturam earum et acciderit cum hoc quod
luna sit in capite draconis vel cauda aut in capi-
te draconis aliquorum planetarum aut in signis in-
firmantibus sicut est ♈ ♉ ♋ ♏ et ♑.
hic corpori continget impedimenta vel gibositas
vel destructio alicuius membri et claudicacio
paralisis aut dislocacio. Et si cum luminari-
bus fuerint stelle infortunate hic ab ipsa
hora partus hec impedimenta continget ergo
si erunt fortune prolongabitur tempus pestilencie

ij

Dixit Haberrodan quod si loca in quibus morantur
si planete fuerint signa duorum corporum planete
pestilencie ex dictis possint contingere. Si unius
una tantum. Et si aspexerint ipsorum signorum fortune
prolongabitur tempus pestilencie. si non aspexerint
erit pestilencia ab hora nativitatis.

Amplius Si infortune in medio celi fuerint
et ambo luminaria cadencia a medio celi in
opposito ambarum infortunarum vel in eorum quarto
gradu. significat quod impedimenta que acci-
dent erunt propter fortia accidencia et per
magna plena timoris. sicut propter casum
ab alto loco vel quia dormiet in magna latro-
num et inimicorum aut per aliquas feras
sicut sunt lupi vel leones equi et similia
aut ex morsu vipere aut serpentis alicuius
quod cognoscere poteris ex signis stellarum
fixarum que stant cum planetis.
Et si Mars elevatus extiterit et dominetur
super luminaria. accident illa impedimenta
superius dicta ex combustione ignis vel ex
maximis vulneribus. sive quia in latronum manus
incidet. Et si Saturnus Elevetur et dominetur
evenient ex precipitacione aut submersione vel
paralisi Dixit Haberrodan quod oportet in his
eciam cognoscendis advertere loca luminarium
et infortunarum et scies corpus eius erit pestilencia

quia si fuerint in principio signorum quadrupedum erit
pestilencia in manibus si in fine erit in pedibus
et si alibi in alio loco corporis.

De impedimentis que contingunt in cute et superficie corporis Sicut est morphea impetigo. albaras. lentigo et similia. Regula.

Cum luna fuerit in puncto equinoctialis verna-
lis infortunata faciet in corpore eius morpheam
In puncto equinoctialis autumnalis faciet alba-
ras. In puncto solsticialis estivalis facit impe-
tiginem. In puncto solsticialis hiemalis facit
lentiginem Et similes maculas et impedimenta
secundum planetarum infortunatorum ipsorum ibi.

De infirmitatibus Regula generalis.

Ait Ptolo: cum infortune predicto modo associa-
ntur soli vel lune in figura Ita quod sint cor-
porate iuncte duobus luminaribus aut cum
uno aut sint in opposito eorum aut quarto aspectu
modo tamen contrario ut si infortune in aspe-
ctu solis sint matutinales. Respectu vero lu-
ne sint vespertinales tunc accidunt infirmitates
corpori nati. Racio autem huius regule est dicit Habi-
roden quia quando infortune fuerint potentes et
dominatrices luminarium id quod accidet in cor-
pore erit pestilencia quoniam debiles accident infir-
mitates

♄ Generatur enim Saturnus. in predicta configuratione
facit complexionem ventris nati frigidam et valde fle-
gmaticam ventris namque sicut crebri pectoris stho-
machi intestinorum et matricis aut facit corpus na-
ti macilentum et ictericum atque morbosum ex humoribus
discurrentibus ad membra. i. ex flegmate acetoso
et salso facit similiter plagas in intestinis propter
humores salsos illuc descendentes facit tussim
et sputum propter flegma descendens in pectus
Et per consequens ptisim. pleuresim peripneumo-
niam. Et propter adustionem humorum lepram et hu-
mores melancolicos maxime dum habuerit eum cum
est in domibus martis vel in aliqua eius dignita-
te et cum his etiam matricis dolorem in mulieribus

♂ Mars autem facit sputum sanguinis. melanco-
liam que ex adustis humoribus et precipue
marciam apostemata et ulcera in pulmone.
et per consequens pleuresim et peripneumo-
niam ac ptisim. propter acutos humores ad
pectus descendentes Et accidunt impedimenta
ex incisionibus et adustionibus in eo factis
propter infirmitates quas patiuntur in dictis
locis. Sicut sunt. ~~sign~~ sicut fistule bubones
hemoroides aut fiunt ei pustule ulcera calida
ignea et que corrodendo crescunt sicut herpes
estiomeni. cancer. cancrena, et saphaeltis

In mulieribus autem cum his accidunt partuum
aborsus. et cum dilaceracionibus et putrefactionibus

Et quando Mercurius miscebitur cum qualibet
infortunarum auget in opere suo Unde si miscebitur
cum saturno adiuvat in frigidando Et in deflu-
xu humorum ad membra presertim ad guttur ad
pectus et ad stomachum plusque si Saturnus esset
solus per se. Si vero miscetur sive participatio-
nem habuerit cum marte adiuvat illum in descen-
dendo et infirmitatibus que ex desiccatione provenien-
t. Sicut sunt crusta ulcerum. effecies. excitore
calide ex sicce apostemata calida sicut flegmon
et Erisipelas. impetigines mali melancolie
phrenitides mania epilepsia et his similia

Regula particularis. Ait Ptolo: quod in-
firmitates quas quelibet infortuna facit sunt
diverse secundum diversas naturas signorum in quibus
sunt. et naturam ascendentis. et septime. Nam
♋·♏·♓· et omnia signa que habent figuras ania-
lium silvestrium atque piscium generant infirmi-
tates que spargunt per corpus. et que corrodendo
augmentantur sicut impetigines excoriationes
scrofule fistule lepre et huiusmodi.
Sagittarius autem et gemini faciunt infirmita-
tes que faciunt hominem cadere in terram sicut

sicut est epilepsia apoplexia. Et amittere sensu sicut
paralisis tocius corporis et suffocacia matricis mulier
dixit Haly Abenrodan oportet ut distinguas has infirmi:
tates secundum naturas signorum et scias secundum naturam in
fortune que est in signo et coniunges naturam infor:
tune cum natura signi. V. g. Si mars et mercurius
fuerit in sagitario vel gemini faciet epilepsiam
saturnus vero paralisim.

Regula altera particularis. de locis in: quibus erunt infirmitates a situ planetarum. infortunarum in signis

Quando predicte infortune eodem modo in figura dispo:
site ut in superioribus dictum est. fuerint in fini:
bus signorum erunt infirmitates. que accidunt in
externis partibus corporis sicut est lepra et po:
dagra atque chiragra. quando vero erunt in prin:
cipiis signorum erunt infirmitates in membris
principalibus sicut in facie collo et pectore.

Regula. De magnitudine seu intensione impe: dimentorum ac infirmitatum et de earum curabi: litate vel incurabilitate

Si fortune non associentur in figura s. vel per le:
niunctione vel per aspectum stellis infortunatis pre:
venientibus causa infirmitatum predictarum. neque sciam lo:
cum ... infirmitatis et
minaribus. in angulis existentibus infirmitatis
impedimenta inde provenientia erunt valde gravia
et incurabilia. similiter Idem fiet si fortune in
figura

associentur eis. tamen infortune fuerint elevate sup:
ra eas vel magis fortes sed quia fortune associabuntur
seu testificabuntur et fuerint fortiores infortunis
tunc impedimenta non erunt tam pia nec incomoda:
buntur ex eis corpora et infirmitates erunt leves que
cito transibunt. Idem quoque eveniet si fortune fo:
erint orientales

Regula de cognoscendis modis succurendi impedimentis et infirmitatibus secundum diversi: tatem fortunarum.

Si Jupiter fortior existens. infortunis predictis
vel orientalis ab eis associetur illis ut dictum
est occultabit impedimenta. et quiescere ac ces:
sare faciet infirmitates et mitigare ac remo:
vere cum auxilio domino bene custodiencium pa
paciente. Et si cum Mercurio Jupiter exiterit
infirmitates removebuntur cum medicaminibus et
per bonorum medicorum medellas.
Si vero venus eam in quo iupiter predictis in:
fortunis associetur decorabit. si fuerit impe:
dimenta seu pestilencias quas infortune facient
Itaque propter bona opera eius amabitur ab homi:
nibus nec sedebit cum pestilenciis. Si vero infirmi:
tates erunt illas leniet atque cessare faciet me:
dicaminibus divina occasione provenientibus. sicut
sunt res que fiunt ex incantacionibus et caracte:
ribus

que ponitur ad celum et que accipiuntur ab amicis di vel providentia pre sompnia. Et si cum venere fuerit saturnus impedimenta et egritudines et cessacio atque mitigacio earum erunt res manifeste et apparentes multis. Si vero Mercurius fuerit cum ea fiet hoc cum prosperitas et bene pacientes quia hones credent deum removisse ab eo illas egritudines et ... vasse in illo impedimento pro amore quem habet erga eum ex quo homines sibi benefacere et honorare cupient.

De qualitatibus anime nati cognoscendis moribus et virtutibus et vicijs eius capitulum

Postquam statum corporis et impedimenta eius ac infirmitates quarum cognoscere debeamus, restat tradere formam de statu anime sicut de qualitatibus eius et moribus bonis atque malis et dicit Ptolomeus quod ex qualitatibus anime id quod pertinet ad intellectum et racionem cognoscitur per disposicionem mercurij scilicet per complexionem quam habebit mercurius hora nativitatis et per signum in quo moratur per dominum signi per applicaciones et separaciones ipsius ab alijs planetis ea vero que pertinet ad animam racionalem qualis est appetitiva sive dispositiva. Et eciam vegetativa scilicet ex complexione et disposicione lune que sibi inest de natura eius et signi in quo est et dominus dignitatum

suarum et loco in quo est comparacione angulorum. Et ab eius applicacione ac separacione ab alijs planetis

Ergo tocius anime qualitates universale a mercurio et luna hora nativitatis scilicet ... que ad animam racionalem ad mercurium racionalis vero ad lunam pertinent. Dixit Hali quod quando unus horum planetarum alteri applicuerit in nativitate et est concordancia inter eos facta: anime nati erit ordinata et concors. Et si Mercurius erit forcior anima irracionalis obedit racionali. Si vero luna forcior eo oppositum. Similiter ille qui erit in signo directo dominabitur illi qui erit in tortuoso.

Cum igitur motus anime et qualitates eius sint multorum modorum oportet quod eodem accidens anime sit multarum maneriarum et consideracionum. Significant enim hi duo planete diversos anime status Et quilibet horum planetarum habere in figura diversas disposiciones et participaciones habere potest. Nam diversitas nature signorum in quibus erit unusquisque horum planetarum et participacio unius cum altero et domini seu dispositores illorum et participacio quam habent dispositores predicti cum eis et cum sole et angulis ...situs eorum in mundo et in nativitate et proprietates

unicuique stelle diversitatum efficiunt in qualitatibus et proprietatibus anime. Unde colligebat ex his haben roden quod ad iudicandum accidencia anime sex necessaria videntur cōsideranda.

Primū est. natura signorum in quibus est luna et mercurius.

Secundum. status quem habebit mercurius in comparaciōe lune

Terciū participacio quā ambo habent cum aliis planetis.

Quartū. natura planetarum dispositorum et planetarum auctoritates habencium in loco mercurij et lune

Quintū. status eorum in comparaciōe mūdi et in comparacione solis

Sextum. id quod facit status eorum in nativitate et in comparaciōe angulorum. Et apponēdo mīteri in his rebus omnibus seperatim in qualibet earum. et componendo unā cum alia componemus indicabimus secundum complexionē virtutē sicut alibi dictum est. De his autem singulis regule ponentur que sequuntur

De naturis signorū qualitates varias animi significantibus

Signa mobilia qualia sūt ♈ ♋ ♎ ♑. dicit Ptolomeus faciūt qualitate animā diligere res communes et universalitatis et civitates. Item affectare laudem et divinis rebus cogitare eciā amati

ingenij laudabilis molles mansuetatricem liberalem bone fame. Racio est dicit habenroden. quia hec signa mobilia significant principia quarumcumque temporum anni et sunt majoris fortitudinis quā ea que sequuntur. Racio convenit ut significent res populi et civitatem

~~Signa~~ **Signa comunia**. Sicut ♊ ♍. ♐. ♓. faciūt animā multiformem et diversorum morum et opinionis apud alios et peritam in iudicijs stellarum et in astrologia. levis mutacionis difficilem et cognoscentem. habilem. amantem instabilem dolosam intricolarem. amatricem musice. habilem perspicacis intellectus et facile penitibilē. Racio horum quia sunt signa duorum corporum dicit haben:

Signa fixa qualia sūt ♉ ♌. ♏. ♒. faciūt eam rectam infallacem inobilem boni ingenij necessariam intelligentem pacientem laboris tollerantem rigidam et severam refrenantem voluptates invidiam voluntatis efficacem imitatricem. amatricem contenciosam inconvertibilem. Racio horum est dicit habenrodem quia signa ex quo sunt fixa faciunt durabilitatem quorumcumque temporum et quiescē in suis naturis. Ideo faciūt eam in oī re significacionē concordantē cum sua natura et perseverans in statibus anime res concordantes cum sua natura.

De naturis stellarū siue planetarū dispositorū loci, Mercurij et lune per situ eam in compacione mdi qualitates animi significantibus.

Stelle siue planete orientales et ascendentes et maxime si fuerint in aspectu facieri pertinentis ad eum si tales planete fuerint dispositores operis anime. Significant quod anima erit libera. Honesta seu simplex confidentie in consilio firmiter rigidarum acuti ingenij largā et apertam. Rō est quia talis status planetarum significat vim magnā et sunt in bono statu. Ideo oportet quod talia significent.

Stelle siue planete cū stacionarij matutinales fuerint et in medio celi v. in decima faciunt animas cogitatrices fixas memores quietas intelligentes magnanimas. mobiles incorruptibiles insolares cognoscentes v. bone discrecionis operatrices investigatrices rerum scienciarum preciosas. Racio est dicit habenrodan quia planete cum sunt in hac stacione s. prima sunt complete fortitudinis. similiter cum sunt in decima domo quia iste angulus est complete fortitudinis omnibus aliis 12 domibus. et ideo planete in hoc angulo sunt fortissime et propterea significabunt id quod dicit ptolomeus

Stelle siue planete. ascendentes in principio noctis et occasus earum in fine noctis faciunt animas leves stultas debiles laborum intollerantes levium passibiles infortunatas pusilanimes esurientes presumptione magna tentantes fessas. tarde mobiles solitarias racio est dicit habenrodan quia quando planete sunt in tali statu minuunt in viribus suis.

Stelle siue planete. Si fuerint in statione secunda v. vespertinales cum fuerint in angulo terre v. s. quarta domo. similiter venus et mercurius quando occidentales vespertinales fuerint a sole cum tempus diurnū fuerit v. in nativitatibus diurnis aut orientales. et matutinales in nativitatibus nocturnis et hoc concordat cum stacione planetarum superiorum. significant animā mediocrem parcā et sensatā non tamen bone memorie illaboratrice nullius laboris amatrice rerum secretarum investigatricem sicut nigromancie absconditorum rerum. altissimarum instrumentorum sciencie et machinarum operum mirabilium Et iudiciorum astrologie et quod erit prophetatrix. et diliget artem augurandi et erit scia somniorum interpretes. Notabat habenrodan quod quando planete sunt in stacione secunda v. vespertinales et in angulo terre sunt mediocres.

Inter fortitudinem et debilitatem nam ex quo sunt in angulo habent potenciam ex quo virtus non transit terram habent debilitatem. Item Mercurius et venus quando se ita habent (ut dictum est) scilicet quod sunt occidentales a sole in nativitatibus diurnis et orientales in nocturnis et hoc concordat cum stacione planetarum superiorum.

Ex hoc autem elice. quod quando venus et Mercurius fuerint occidentales in nativitatibus diurnis sunt ponderosi similiter. quando orientales in nocturnis tunc enim significabunt sicut planete superiores quando sunt in stacionibus primis in statibus anime.

Cum igitur planete erunt mediocres inter fortitudinem et debilitatem tunc significabunt ea que dicta sunt a Ptolomeo quoniam aliquando proveniunt ex commendacione signorum que sunt inter fortitudinem et debilitatem sicut est acuitas sensus quod est cum modica recordacione et cum pigricia. et tunc si significatores sunt sub radiis solis cooperti vel vadunt ut cooperiantur sub eis sicut potest esse coopertas secretas,

Amplius dixit. Habenrodem quod ex his que dicta sunt apparent quatuor status planetarum primus

Primus est. id quod significat quando sunt orientales ascendentes. ex quo intelligere possumus id quod significant quando sunt in contrario

stato. scilicet quando sunt occidentales cadentes.

Secundus est. id quod significant quando sunt ponderosi quando sunt in sua stacione prima et hinc sciamus id quod significant quando sunt debiles.

Tercius est. id quod significant quando sunt oppositi soli et hinc sciamus id quod scilicet significat quando sunt sub radiis solis

Quartus est. id quod significant quando sunt mediocres inter fortitudinem et debilitatem. ut quando in alicuius aliquorum planetarum qui non sunt in istis quatuor figuris commisceantur status admirari et indiget studii partem ad quam magis tenderit

De planetis quando sunt in suis bonis disposicionibus idest potestatibus essencialibus et accidentalibus quando sunt gubernatores Anime nati qualem disposicionem sciat

Stelle sive planete que disposicioni anime dominantur cum in locis suis fuerint sicut est domus exaltacio terminus aut in suo haiz, a similitudine quod masculus in signo masculino femininus in feminino diurnus in diurno nocturnus in nocturno Et generaliter. quod sit in loco concordancie cum eo quantumvis quamvis non sit sua domus et exaltacio nec trigonus eius neque facies nec terminus faciunt animam fortem quam effectus nihil impedire poterit et reget se ex seipso et suo consilio et prosperabitur in eo quod incipiet

Ser ponet ante Maximum aut hec fient cum eedem stelle duorum locorum dominatrices fuerint et loco Mercurii qualitercumque associentur in figura Et a luna separentur vel cum ea participacionem habuerit
Quod si contrarium eius quod dictum est esset videlicet quod planete non sint in suis dignitatibus essencialibus nec accidentalibus tunc significabunt animas non facientes fortes et apertas sed occultas paruidas imperfectas que quod incipiunt non perficiunt neque sperantur in earum operacionibus Racio autem huius est dicit Habenrodan quia cum planeta est in suis potestatibus essencialibus et accidentalibus proprijs est in sua fortitudine cum vero in opposito est debilis

Stelle dominantes. Supra Mercurium et lunam vel elevate super eos si fuerint infortune et fuerint potentes significabunt quod anima nati erit superba et nociva suis subiectis velud iniusti homines et iniqui que infortune facient eos [illegible] et leves ad malum faciendum sine disturbacione aliqua vel difficultate. Cum autem istis dominabuntur stelle que fuerint ex natura contrarijs natura earum facient eos natos infirmi hominis esse et viles nec prosperabuntur et ex eis seplina fomentur propter mala que facient
Si vero super Mercurium et lunam planete fortune dominantur et elevate nati fient iusti et boni et

et super eas fortunas non fuerint elevatos alius planeta tunc alijs benefacere gaudebunt et illud commendabunt nec aliquod eis inde dampnum continget Immo earum bonitas erit causa eis magni proficui et honoris.
Si vero super eas fortunas dominantes super Mercurium et lunam elevantur alij planete contrarie sue nature contrarium evenient anime nati eius quod dictum est. Namque erit natus mollis animi mansuetus vilipensus propter amorem quem habebit erga homines et pietatem parvipendetur ab hominibus et inculpabitur. et multi fient superbi contra eum et violenciam ei inferent nec se poterit defendere ab eis. ex his igitur docuit Ptolomeus dicit Habenrodan. Si natus erit bonus vel malus iustus vel iniustus et quam dignitatem habebit in quolibet horum statuum.

De qualitatibus Anime nati tam quo ad partem racionalem quam iracionalem Spectantibus ex speciali natura uniuscuiusque planete

Ait Ptolomeus dedimus iam in his que diximus regulas et viam generalem pronosticandi qualitates anime tam sensate quam racionalis. nunc autem edocebimus proprietates anime particulares provenientes propter naturas stellarum scilicet dominium earum et tunc cognoscemus hec particularia cum regulis.

[illegible]ralibus iam traditis ut prefecte rediremus
de statu seu qualitate anime corporisque nati et sic
incipit loqui de statu planetarum dispositorum loci
lune et Mercurij in comparacione mundi, solis. stant

De Saturno quando per se solus est dispositor qualitatis anime nati regula

Cum saturnus solus in qualitate animi disposi
tor fuerit et denique lune et mercurij scilicet loci eorum
si respectu mundi et angulorum fuerit in bono statu.

Est autem in bono statu. In comparacione mundi
planeta quando est in sua domo vel exaltacione
triplicitate termino vel facie et quando matutinalis
aut directus in cursu et velocis motus

Est vero in bono statu. respectu angulorum quando est
in angulo et in suo haiz vel in succedentibus an
gulorum secundum ordinacionem circuli duodecim domorum
tunc natus amabit homines iustos erit magni
et profundi consilij in suo consilio permanebit
erit laboriosus et disputator quandoque autem ad
etate modicum declinabit. eritque perquisitor divi
ciarum magnarum seu ut alia litera habet locuples
appetitor regni seu ut alia litera habet amator
regum vere simplicis thezaurizator fabricarum
Racio huius significacionis saturni est quia habere
eum est qui hoc modo est in meliori statu
quem possit habere Amplius. dixit idem quod
si alie regule que antedicte sunt significant eos.

diversas ab istis adiciatis eas cum verbis istis et
comparando illas adinvicem quod si inveneritis concorda
tas tunc secundum eas iudicabis. Si vero discordantes
tunc secundum illud quod maiorem habeat significacio
nem invenies iudicabis. Et ita in quolibet planeta
faciendum admonebat

Si vero Saturnus contrario modo eius quod diximus
existat videlicet in statu non bono nec convenienti
in comparacione mundi ita quod sit in opposito sue
domus vel exaltacionis vel in dignitatibus pla
netarum discordantibus cum eo et quod sit retrogradi
nalis vel retrogradus vel tardi motus et similia
et quod sit in malo statu in comparacione angulorum
fuerit in duodecima vel sexta domo et quod non sit
in suo haiz et similia significabit quod natus
erit mendicus, vilis, pusillanimis nesciens in suo
tantum consilio permanens. invidus, mendax
solitarios ab hominibus separatos. In verbis
dolosus sive mendax. amator occultacionis et lu
gubrij verecondos infortunatus laboris amator
veniens diligens. deceptor amicorum. semper tristis
et dolens bonorum malevolus. Dixit Habenradon
quod Ptolomeus dedit duos status contrarios sa
turni ut ex illis colligas medios et que invenies
intra hos status conspice quis status est ma
gis prope. et dabis eum maius posse quam alterum

et minores de suis operibus factum qz, aliud contrarium
inclinator. et sic recurrebis post modum aliud ad.
de cum reglis generalibus ad hoc pertinentibus et iu:
dicabis secundum significacionem vincente et secundum quod ti
magis adiungitur de re una et hic iudicando
non errabis et sic facies in quolibet aliorum pla:
netarum

De Saturno quando non per se solus est dispositor qualitatis anime nati sed participacionem habet cum Joue regula.

Si Saturnus non per se solus dispositor qualita
tis anime fuerit sed cum Joue concordanciam et
participacionem habuerint. Ita quod vel ambo sint
gubernatores. Vel quod unus sit gubernator
et dispositor et alter eum aspiciat bono aspectu
vel quod inter eos sit receptio vel quod unus
eorum sit gubernator et alter gubernator gu:
bernatoris ipsius Ita quod sit domus domus sive aut
exaltacionis aut triplicitatis vel similium. et quod
uterque eorum sit in bono statu et in comparacione medii
et angulorum in bona maneria ut predixi signifi:
cabit quod natus erit iustus sanctus honorabi
eritque sani consilij adiutor regni, alia lra dicit
semper operans et notus regibus. cognitor magnatis
bone notitie apud homines. dilector amicorum vel
ut alia lra amator suorum parentum quietus

intelligens paciens. probus deo sapiens.
Si vero Saturnus habuerit malam concordanciam
cum Joue quando sint ambo gubernatores anime
Ita quod ambo sint in aspectu inimico vel quod
sint in comparacione medii et angulorum in malo situ
vel quod unus eorum sit gubernator anime in
tali statu existens et alter aspiciens se cum eo
existens in simili statu. tunc natus. nesciet bene
facere. erit insensatus male moriraturus circa
diabolica conversabitur in oratorijs comorabitur.
futura predicet abhorrebit habere filios suos et
alia lra dicit diffamator filiorum suorum non ha
bebit amicos morabitur in speluncis et non con
versabitur cum hominibus nec in eo quis confi
det erit insipiens malus debilis honorem non
amabit penitens male receptionis electionis.
male laboris paciens. Et ut alia lra habet
et perditus de omni re mala. Et vili transitor
rerum et dillatator. dicit Habenrodan quod et
recte Iudices debes concordare has significaciones
cum reglis primis. et Ptolomeus docuit bonos sta
tus concordancie saturni et Jovis et similiter con
cordancie male et quando concordancia medio
cris invenies inter eos secundum quod convenit Judicabis
et componens Iudicium ex eorum quas dix in illis
duobus statibus.

De Saturno habente Societatem et participacionem cum Marte in qualitatibus anime significandis

Si Saturnus in disposicione qualitatum anime assi:
milator martis et participabit cum marte in gu:
bernacione anime nati Ita quod ambo erunt gu:
bernatores et dispositores qualitatum anime vel
quod unus erit gubernator et alter concordet cum
eo aspiciendo ipsum bono aspectu vel sit inter
eos recepcio vel quod unus sit gubernator et alter
gubernator gubernatoris. Ita quod sit domus
eius vel exaltacionis vel trigoni et triplicitatis vel
similium. Hec est enim racio concordancie pro
participacione ambobus existentibus in bono sta
tu s. saturni in composicione mundi quam angelorum, tunc
natus erit male cognicionis valde laboriosus
misere et imbecillis nocens. magna cum timore
tentabit non piis omnia parvipendet immodera
tus bellicosus ponet se impericulo magno
rixator. suos amabit conturbaciones proditor
erit aliorum perturbator invidie pessime instabi:
lis in factis et dictis hominibus laborans faciet
et preit aliis transgressor odio eorum habebit
et principes amabit hipocrisim et victoria
male voluntatis. fortis ad sufferendum. castitati:
te plenus intollerabilis. Temptator sui ingeg.

hominibus nocebit et eos vilificavit ac hodio
habebit nec mutabitur nec alterabitur intromi:
ttet se in pluribus malis. et ab eis leviter recedet
erit artifex et studens. Alia litera. Bellicosus ac
cetus horum erit malorum completor et fortuna:
tus in eis.
Si vero saturnus bonam concordanciam cum marte
non habuerit quando ambo sint gubernatores
anime Ita quod ambo sint in aspectu inimico
vel quod sint in composicione mundi et angelorum in
malo statu tunc faciunt natum in extremo mali
cie s. depredatorem ac viarum abscisorem inferens
male qualitatis et mali hominis. deum non timebit
nec aliquem amabit. Blasphemator perturba:
tor latro deceptor proditor interfector malus
impius homicida nigromanticus natorum
depredator fornicator sepulchrorum violator
et ingrate neque erit in omnibus.

De Saturno habente Societatem et particicionem cum venere in qualitatibus anime Significandis

Si Saturnus cum venere participacionem habue:
rit in gubernacione anime nati Ita quod
ambo hi planete sint gubernatores anime
nati vel quod unus erit gubernator et alter
concordet cum eo aspiciendo ipsum bono statu
vel sit inter eos recepcio aut quod unus sit gubernator

Et alter gubernator gubernatoris ita quod sit do-
dōq vel exaltacionis vel cōfinitijs. Hec est enī racio
concordancie. Et ambo sint in bono statu sn̄ in com
peracione nedū quarū angulorū. Erit natus abhorre-
bit mulieres. senes amabit eiusq male recepcionis
honorēq nō appetet nec diliget. abhorrebit res
pulchras et formosas. erit invidus male societatis
ab omnibus segregabitur et in suspectis consilio.
confidet deū verebitur eritq solati consilij ma-
le legis. amabit oculta. divinator, de divinis
cogitabit. parisimus verecondus amator sciēcie
fidelis abstinens delibreator ab inmundis se ab-
stinens fediosas. et in mulieribus zelotibus
Si vero saturnus nō habuerit bonā cōcordā-
ciā et participacionē cū venere sed in cōtra-
riū eius quod dictū est. Ita quod ambo sint
inter se in aspectu inimico quando sint ambo
gubernatores vel quod sint in comparaciōe nedū
et angulorū in malo statu. vel quod unus sit gub-
nator anime existens in malo statu. et alter
aspiciens se cū eo in eodē statu malo cū natus
erit fornicator et inmūdus. turpia comitet in
sanis turpis adulter. a mulieribꝫ se decipi pmi-
ttet. maxime aūt a suis cōsanguineabus. erit
valde miser imbecillis omnibus modis circa
venereos actus absq intermissione solicitabitur

Solicitabitur abhorrebit res formosas maledicēq
superbos. exaltabitq animo. villis scelleratos in
coitu turpiter et contra naturā veneri subiciet
et cū annosis et villibus hominibus et cōtra
degerē et cū bestijs eciā facere desiderabit. deū
nō verebitur. vilipendet secreta et orationis do-
mos et religiosos legis diliget nigromāciā et
de omnibus se intromittet.

De saturno habente societatem et participacionem cū Mercurio in qualitatibꝫ anime significandis

Si Saturnus Mercurio associetur et ambo sīt
in bono statu sicut quo dictū est de saturno
cū Jove quando cū eo participat in bono statu
et cū venere nō oportet repetere erit natus
rerū atq legū inquisitor et investigator.
amabit medicine scienciā secretisq occultorū de-
liberator. mira faciet. sophista erit levis di-
spositor boni ingenij investigator actorq. ama-
tor intelligencie et operū. et ei ecia bene cōtin-
get. r̄ in rebus istis omnibus. fortonatus erit.
Si vero saturnus non habuerit bonā concor-
dancia cū Mercurio nec in bono statu fuerint
ut supra cū alijs planetis dictū est natus
erit invidus anime turbate laboriosas. odiosos
suos abhorrebit consanguineos erit laboris a-
mator tristis. in nocte turbabitur suo metu

Z

sed metu magnu habebit insidiator deceptor
in suis negocijs nō associabitur hominibus
latro sciens nigromaticas incantator, versutus
et nō prosperabitur seu nō erit fortunatus.

De Joue cū solus dominus seu guber: nator est qualitatis anime nati

Si Jupiter solus extiterit dominus et gubernator qua:
litatis anime nati .i. dominus loci Mercurij et lune
sine ulla participacioē cū alio planeta si fue:
rit in bono statu .s. tamq in comparacioē natiuitatis
quarum angulorum. natus erit Magnanimus largus
castus. verecundus illaris hoīes amabit atque
formosa. liberalis equos. Magne cogitacionis
Mansuetus egregius. in suis opibus prius
benefaciet hoībus. amabilis. Et alia lra eciā
addit. Spiritualis

Si vero in oppositum erit erus quod dictum est .s.
in nō bono statu. qualitas anime nō erit sic
dominus sed quasi similis. quia debilior erit ubi
et magis stultus absque bono intellectu. loco nō
Magnanimi erit prodigus loco casti seruiet
diabolo vel erit male opinionis. verecundie loco
erit cardardus .i. vilis et loco mansueti erit sup:
bus. Alia lra habet loco casti et bone absti
nencie erit fatuus loco diligendi hoīes erit
bone voluntatis. loco amādi formosa. diliget de

delectacionibus alia lra habet viria. loco magne
cogitacionis est contumax pro liberalitate infig
et similia

De Joue Habente participacioēz cū Marte in gubernacione anime nati

Si Jupiter Marti assimiletur .i. participacionē
habeat cū Marte in gubernacioē anime nati
intelligēdo participacionē et assimilacionē eo
modo quo superius dictum est cū de saturno lo:
quebamur et qualitas sit laudabilis existat
.s. uterque in bono statu eciā intelligēdo bo:
nū statum planete sicut superius declaratum est
Non opus est eas. sepe repetere. tunc natus erit
versutus. rixator. bellicosus. gubernator alio
rum. nolli humiliabitur erit homo exercitator
et operum magne prevalencie cupiens vindi:
cari et penitus superare semetipsum dominum
facit. Alia lra. diliget super alios esse
magnos eritque verum inventor eri veritate
nō ignorabit providus erit et magnanimus pro
sperabitur queret eciā honorari iracondus
verum cognitor multisque multa mandabit

Si vero in oppositum predicti fuerit .i. non
habuerit bonam concordanciam cū Marte
nec fuerit ambo in bono statu sed in
malo intelligendo malum statum eo modo

quo dictum est tunc natus erit Blasphemator et
verborum perturbator impudens mollis veri celator
vilipensor aliorum hipocrita mendaxque superbus
inobediens . depredator . leviter attrahabitur levis
mobilis seu penitens instabilis villis insedilis
nollens notine ac consilii . insensatus raptor suorum
amissor et generaliter diversarum erit qualitatum
modorumque mutabilium

De Joue Habente participacione cum Venere in gubernacione anime nati.

Si Jupiter cum venere participacionem habuerit
in gubernacione anime nati eo modo parti
cipacionis et concordancia ut supra dictum
est et laudabilis disposicionis seu status
existat simul cum venere Natus erit sim
plex amans civilitatem et magisteria atque re
um investigacionis cantus eciam et iocos atque
commessiones appetens . eritque bone qualitatis
anime pius . sani cordis deum amabit et illi
serviet cupiet eciam amorem dei laboriosus
erit sensatus et amans honestis anime
splendide . gratiosusque munificusque librorum lectiones
multa locus abhorrebit erit rerum cognitor . et
circa legitimos veneris actus temperatus suos
eciam consanguineos amabit . honoris nimium
formam concupiscet . generaliter quidem erit vestus et
probus

Si vero erit in contrarium eius quod dictum est
stella Jovis Ita quod non habuerit bonam cum ve
nere concordanciam et ambo in malo statu fu
erint tunc natus erit laboriosus . delicatus
vite mulieribus anime saltator sicque eam mu
lieris iter assimilabitur erit prodigus in
rebus mulieribus insensatus procax libidinosus
delinquens . capillorum ornatus amabit . semetipsum
extollet nescius suorum amissorum gaudebit in bonis
erubescencia leviter impeditur sui compos erit
femineusque sensus in rerum ecclesiasticarum dilecti:
one prevalebit in rebus procedet erit occultator
et fidelis omnium malorum ignarusque cunctis obnoxi:
us in suis opibus commendabilis et liberalis in
omnibus que fecerit . dixit habemoden quod si
Saturnus et marcius ambo concordaverint cum
eis . s. cum Jove et venere . erit significacio co:
posita et mixta . secundum regulas preteritas.

De Joue Habente participacione cum Mercurio in gubernacione anime nati

Si Jupiter Mercurio assimilatur seu consors
fuerit . in concordancia et participacione habu
erit in disposicione qualitatum anime nati et am:
bo in bona disposicione et statu natus erit in
librorum lectionibus assiduus amabit silogismos
erit geometra peritus in quadrivio . versifi
cator ac sermocinator acuti ingenii homo

hominibus boni consilii laudabilis, in moribus benificus dispositor bone qualitatis anime dapsilis congregacionis bone opinionis amator breviter et subito incepta perficiet. erit homo regiminis boni credulitatis medius regibus deum diliget bone anime amabilis consanguineos amabit indolis erit boni amator scientie bone divinarum.

Si vero hec stella erit in contrarium predicti status quod non habuerit bonam concordanciam cum Mercurio nec fuerint in bono statu. tunc natus erit stultus stultiloquus [illegible] fallitor miser divinis abhorrebit superfluosus erit amator anime cum sit stultus sapientes [illegible] superbus perturbator in alterius [illegible] collocabit. Natus erit mordinati verbosus bone memorie homo doctus et appetitus rigidi.

De Marte solo existente domino sive gubernatore qualitatum anime nati.

Si Mars anime disposicionis solus dominator et in bono statu fuerit. natus erit fortis in omnibus factis suis aliorum capitaneus iracundus amator armorum. fortificator victor bellorum ponet se sponte et voluntarie ad mortem periculla nolli se humiliabit destructor in [illegible] confidet viribus primus in bello vilipendit omnia. violencia dominibus inferet. [illegible]

erit homo regiminis. Si vero hec eadem stella fuerit in contrarium istorum que predixi quod non sit in bono statu natus erit tediosus blasfemator sanguinis effusor contrarietatum amator consentor garrulus stultus superbus depredator inspiciis maleficiis inordinatus. Demum consanguineos abhorrebit et deum ignorabit.

De Marte cum Venere participacionem habente in gubernacione anime nati

Si Mars veneri assimiletur et participacionem et concordanciam habuerit cum venere in gubernacione anime nati eo modo quo supra participacionem et concordanciam dixi. et fuerit eciam in bono statu eo eciam modo quo dictum est natus erit alacer et bene morigeratus probos amabit socios mollis ac delectabilis vite iocosus bonus homo apte complexionis et forme amabit saltaciones procus. homo diviciarum et quietus vite lenis in coitu, ei tamen inde continget bene. Sibique precavebit prudentie sapiens verecundus et cognitor. Item libenter habebit rem cum viris et mulieribus erit eciam devastator cito reasertor et zelotipus erit.

Si vero non habuerit Mars bonam cum venere concordanciam nec ambo in bono statu fuerint. natus multus ac superfluus erit in coitu.

diversarumque qualitatum omnes vitii prendet de-
linquens erit blasphemator mendax proditor
suos et alienos decipiens appetitus festini fasti-
diosus obiurgatorum et mergimo corruptor ver-
sutus acutus inordinatus deceptor. perseverabit itemque
in ruborem et verecundiam. subito cadet in sensusque
semet ipsum fortasse abhorrere incipiet impe-
tuosus luxuria committet et horridus erit. Alba-
bra levis et stultus erit dixit Haberoden
quod hoc quod dicit Ptolo. de isto nato qui
alto morbit ad luxurias inhibitas et ad
peccandum in eis sed scit se cum verecundia
custodire habebit veritatem si concordaverint
secundum regule quas ante diximus in principio huius
capituli Martis si vero discordaverint vel Iu-
piter cum hoc testificabitur hec non erunt. Et a-
... facto fere sed erunt in potentia in anima
nati quia paratus erit ad illa sed non fa-
ciet

De marte cum Mercurio participacionem habente in gubernacione anime nati

Si Mars Mercurio assimilatur et cum eo parti-
cipacionem habuerit et concordanciam et ...
mendabilis qualitatis bene status existat
natus erit conductor exercitus rector
festinus motus potens amans sapiens labo-
riosus cogitator versutus proditor instabilis
astrorum malorum operum levis intellectus deceptor hypo-
crita versipellis contumax grandis inquisitor
rixarum amator. eique tamen bene inde contingit
suos similiter diliget et eos bene recipiet gratie
quoque nocebit inimicis et suos iuvabit amicos
Si vero fuerit in contrarium predicti et quod
bonam concordanciam cum mercurio non habuerit
nec ambo in bono statu fuerint natus erit
destructor inobediens fatuus et deceptor pe-
nitens. inordinati motus mendax latro deum
non cognoscet falso iurabit versutus homo
contrarietatis sapiens. hipocrita manifestus
neque blasphemator viarum abscisor parietum fra-
ctor, infector. precantator proditor ni-
gromanticus ac homicida. Dixit Haberoden
quando status mercurii participat cum marte
complexio tendit ad omnem acuitatem si concor-
dancia bona erit et ambo in bono statu.

De venere. Sola existente gubernatrice ac dispositrice. qualitatum Anime

Si Venus sola domina disposicionis anime fuerit
et in bono statu natus erit iocosus et quietus
multarum deliciarum sensatus homo deliberati-
onis amans saltaciones. valde zelotipus
impietates abhorrebit amabit magisteria
et deum multum verebitur etiam erit pulcher
forme bone qualitatis et bonorum sermonum

Alia lra habet bona et creta videbit somnia
amabilis . et ab omnibus faciet se amari
prius. beneficias prosperabitur et qualiter sol
secedit [illegible].
Si vero eadem stella in contrarium eorum que pdi
xi fuerit s. in qualitate sex sito nō lauda
bili natus erit piger predens effeminatus
erit etiā qualitatis suo mores qualitatibus
mulierum assimilabuntur erit nullius anime
sitatis nulliusque notitie nominis infirmi et qui
leviter ad lapidem pedes suos offendet.

De venere participacioné habente cum Mercurio in gubernacione Anime nati

Si Venus Mercurio assimiletur concordantia
et participacionem habeat et ambo [illegible] qua
litatis suo statuis extiterint. Natus amabit
magisteria et sciencias doctus erit et acuti
ingenij versificator. musica amabit. et omni
laudabilis. erit etiā aperte qualitatis anime
homo deliciarum et quietis alacre suos amicos
diliget eritque bonus in lege sua. bone cogni
cionis et intellectus. bone conformacionis re
ctoque callis procedet libenter adiscet. adiscet
per se multa bonorum ac proborum. mores do
minorum imitabitur Justisque viris assimilabitur
aptus in loquendo in verbis alacer erit etiā
amabilis. temperate qualitatis anime egregi

defensor cognitor. magnanimusque postponet male
eius cum pateris. aget eritque zelotipus multiplex
Si vero Venus In contrarium predicti fuerit
s. in nulla concordancia cum Mercurio et
in malo statu fuerit natus erit versatus et
multe astucie maledicus duplicis facici bi
linguis mali consilij deceptor mendax p
turbator falsus iracunda faciet profunde
malus in consiliando proditor nec amabit
nec amabitur decipiet mulieres et desti
tuet pueros erit homo malorum operum
culpans et vituperans alios omnia que
rens facere sed quando ad bonum ad ma
lum plurima tempora perpetrabit et in
multis ac diversis rebus culpabitur Hec
habentur. Si queris quod significabit vero
si participacionem habebit cum alijs planetis
quere in capitulis proprijs planetarum
superius positis

De Mercurio solo existente dispositore qualitatum Anime nati

Si Mercurius solus anime gubernator exsti
terit Et in bono statu natus erit boni
intellectus et acuti ingenij rerum antiquarum
relator eritque multarum probitatum et experimen
torum dialecticus. rerum nature perlocutor

Scienciarum investigator heresisque deliberator bo
ne existimacionis doctus in quadriviis creditorum
occultator et servans secreta et valde prosperabi
tor. Si vero hic planeta In contrarium predicti
dicti fuerit et in malo statu tunc natus erit
deceptor et multis alios errare faciet fere
suo consilio procedet levis festini motus
leviter convertetur insanus ignorans ma
gis falaciis suis erroribus multis. Mendax in
stabilis infidelis inobediens domino faciet
iniusticiam. generaliter aut multis erit fallacia
multum ac sepe errabit

De luna et eius statu adiuvante alio
rum planetarum significaciones in qualita
tibus Anime nati

Dicit Haberrodan. quod postquam scire posses
qualitates anime per res quinque videlicet
quarum Luna est natura signorum in quibus
stant Mercurius et luna et in quibus
stant planete gubernatores dictorum sig
norum. Secunda participacio quam habet Mer
curius cum luna. Tercia natura planeta
rum gubernatorum. Quarta participacio quam
habent planete in gubernando,
Quinta, situs locorum quo ad modum et nativi
tatem

Et quelibet harum rerum per se est declarata et
totum hoc est acceptum a quinque tantum planetis s.
♄ ♃ ♂ ☿ et ♀. Tunc oportet dicere quod luna
et sol significent. quia utraque luminare
dat planetis gubernatoribus adiutorium solummodo
ut ait ptolomeus Ait enim idem Ptolo. quod
quando luna est in fine sue latitudinis sive
Meridionalis sive Septentrionalis. ita quod
inclinat ad partem Zodiaci adiuvat predictos
planetas in variando qualitates anime et
eas subito faciet alterare.

Si luna fuerit nulla habens latitudinem
videlicet in aliquo modorum et in capite vel
cauda draconis et tunc est positum in via solis
adiuvat predictos planetas in velocitatibus
qualitatum anime et ut natus festinatur
operetur efficient. Racio est dicit haber
rodan. quia luna non remanet in hoc loco
sed mutatur de Zodiaco ad partes septentri
onis vel meridiei ideo status iste significat
res concordantes cum eo.

Si luna fuerit Ascens et aucta lumine
et apparens supra terram orientalis adiuvat
res ante dictas. ut sint forciores opere
ciones et magis necessarie.

Si luna est Ascens. innota luminis. vel sub ra-
dijs solis vel sub terra abscondita et occidenta-
lis addiderat et fuerit res anime magis
absconditas et non sint ita fortiter contingen-
tes sed leuiter debiles et fesse. Dixit Haben.
quod id quod dix. Ptolo: de luna quando
fuerit sub radijs cooperta potest etiam in-
telligi id quod significat quando fuerit co-
pleta luminis tamquam opposita.
Item notauit quod cum luna inuenitur in
quolibet istorum statuum contrariorum oppo-
sitorum. commiscebis significaciones duorum ca-
pitum.

De Sole et eius statu adiuvante aliosplanetas in significacionibus qualitatum Anime

Si sol concordanciam et participacionem habu-
erit cum planeta dispositore qualitatum anime
et fuerit in bono statu cum eo tunc adiu-
vat in qualitatibus animi et moribus.
Ita erunt magis directi et temperati et
natus eminencior erit ab obliquo nec non
potencior et largior atque fidelior legibus
melioribus.
Si vero Sol Non fuerit in bono statu

nec habuerit concordanciam bonam cum planeta guber-
natore anime. tunc qualitates anime et mores
erunt viliores et deteriores et natus erit mise-
rior ac infirmus maioribus laboris in suis con-
silio. magis permanebit. Stultus erit et gra-
uioris voluntatis. generaliter etiam ad meliorandum difficilis
dixit Habenroden quod ex his innuit ptolomeus
quod si sol concordaverit cum planeta guber-
natore licet sit in tali statu malo tamen
minuet aliquid de malicia morum tantum quantum
fuerit ipsa concordancia est autem concorda-
cia ut sit inter eos aspectus bonos sicut trig.
vel quod sit virtutis acceptio inter eos vel na-
ture vel similium.

Regule ex Hali Habenroden de moribus et qualitatibus Anime iudicadis

Dixit Habenroden si anime statum in nati-
vitate scrutari volueris postquam duodecim celi do-
mos aptaveris et planetas direxeris et
collocaveris aspice ad Mercurium et lunam
et si fuerit in signis concordantibus scri-
bes aperte mores quos significabunt eadem
signa. Et si fuerint in signis solitarijs et
discordantibus scribes aperte quod significat
quodlibet illorum. Et notabis mores signi
Mercurij racionales et mores signi lune
irracionales Et aspicies planetam disposito-
rem

cuiuslibet horum duorum signorum. Et si amborum
dispositor fuerit unus planeta ille solus erit
quem petimus.
Si vero dispositores fuerint diversi. notabis
aperte cuiuslibet mores pertinentes ad quilibet
dispositorem et si inveneris quod aliquis eo-
rum habuerit plus uno dispositore accipies
illum eorum qui habuerit maiorem fortitudinem
et plures dignitates in loco suo..
Et quando scieris quis sit dispositor. aspice
ad situm eius secundum unumquodque Et secundum angulos
Et secundum solem Et scribes mores quos signi-
ficat quilibet horum statuum et post modum scri-
bes mores. quos significat ipsemet planeta
eo existente in bono statu. Similiter scribes
mores. quos significat. si fuerit in ma-
lo statu. Et si in statu fuerit medio
inter bonum et malum aspicies id quod signi-
ficat in eo statu medio Et quod signi-
ficant figure planetarum et quod signi-
ficat signum in quo est. Et si cum illo con-
cordaverit alter planeta vel plus uno
scribes id quod inveneris concordari cum quolibet
eorum. Et quando hec feceris apponas mentem
in omnibus notis quas scripsisti Et qui mo-
res concordant in uno. Et scribes aperte
racionales et irracionales in alia. Et
postea mentem apponas ad comparacionem utrorumque

eorum altera et quod inveneris concordari accipi-
es et iudicabis per illud Et in his que non
concordabunt apponas mentem que magis conveniat
corporis complexioni. Et id accipies et abicias id
quod non concordat cum eo et quando hoc feceris
adiunges. id quod accepisti in omnibus in quibus
adiuvat sol et luna et quod inde exierint
erunt mores nati quos queris scias. et quod
ex his remanserint ipsarum complexio corporis
tibi demonstrabit. Verumtamen non appare-
bunt in eo neque operabitur per eos. et hec est
in summa regula per quam poteris abso-
lute in hoc capitulo procedere. Habendo
cum hoc in memoria quicquid super hoc dictum
est a ptolomeo

De impedimentis ~~cap~~ Anime caput

Postquam de anime qualitatibus et moribus nunc
de eius impedimentis dicere oportunum est.
Est autem impedimentum anime proporciona-
le impedimento corporis sicut enim impedi-
mentum quod in corpore est inconveniens seu vicium
quod cum semel accidat numquam postea remo-
vetur sicut anime impedimentum est vicium
anime quod est ab ea inseparabile.

A quibus locis atque planetis sumenda est pronosticacio de impedimentis Anime

Dixit Ptolomeus quod à qualitatibus seu sta-
tibus Mercurij et lune quomodo unus se ha-
bet respectu alterius et qualiter se haberet re-
spectu angulorum. Et stellarum infortunarum
sumenda est pronosticatio de impedimentis
anime

Juxta quod ponitur sequens regula generalis de impedimentis anime

Si luna et Mercurius non colligantur adinvicem
. quod non sit aspectus inter unum et aliud signi-
ficatur quod due partes anime non conve-
niant una cum alia et propter hoc accidunt
ei impedimenta seu pestilencie magne et
diverse similiter si se aspexerint unus cum
alio et elevati fuerint super eos planete infor-
tune non habentes dominium in gubernacioni-
bus eorum quia sunt in angulis vel quia circundant
eos aut quia sint in eorum opposito sunt acci-
dent anime impedimenta et pestilencie ma-
gne et diverse et ultorum modorum de quibus
dicetur infra. Et ait quod possumus aspectus
id cognoscere ex propriis stationibus planeta-
rum, qui locis assimilantur seu concordant
. gubernationum loca mercurij et lune et dicit
quod iterum enarabit plurima impedimenta
ex debilioribus impedimentis anime que in
superioribus dixit Et quomodo augmentantur

Et forciora fiunt ex sua habundancia . fortitudinis
virtutibus planetarum infortunarum deprehendere
possumus nam ille anime qualitates . vicia
que quibus non pot coercere que sunt extrema vir-
tutum et bonorum morum et versantur circa ali-
quam virtutis media temperata si appellabit
anime impedimenta optime nominabit illud
dicit. quod unus super habundat et veluti infir-
mitas est. et quod omnino naturam excedit
et tamen in parte anime racionali quam irraci-
onali . impedit tam racionalem quam irracio-
nalem anime partem ut infra sequitur co-
gnoscere. Dixit Habenrodan nota est quod
quelibet virtus moralis habet extrema vi-
ciosa quorum se habet in magis . alterum vero
in minus sicut paciencia est virtus media
inter contrarias debilitatem et est gradus huius
pariter de honestacione quod forum ci anfe-
rator et superbia que est in plus et sic
de aliis.

Sequuntur regule speciales et primo de epilepticis regula.

Quando Merco-
rius et luna in nativitatis figura non se
aspiciunt adinvicem nec aliquis eorum cum
ascendente et cum hoc tercia si nativitas est
diurna quod Saturnus sit in aliquo angulo-
rum et quod sit elevatus super illos.

i. quod impediat locum Mercurij aut lune. Et si
nativitas est nocturna sit Mars in aliquo
angulorum et impediat dicta loca tunc nati isti
qui taliter figuram habebunt erunt epileptici et
habebunt epilepsiam semper incurabilem nec bene
potest liberari ab ea. Dixit Haberreoden quod
si mercurius vel luna aspiciat se ad invicem nec
eorum aspiciat ascendens planeta infortuna
in aliquo angulo existente. tunc talis con-
juncio facit epilepsiam sed non tamen forte
nec tam incurabilem

De insanis seu stultis Regula.

Quando Mercurius et luna non se ad invicem
aspiciunt nec aliquis eorum cum ascendente et
preditus et accidit cum hoc quod sit mars in
aliquo angulorum. in nativitate diurna vel
saturnus in nocturna. Ita quod huic qua-
litati dominetur i. elevatus super illos et
maxime si in cancro vel virgine seu pisci-
bus fuerit significat quod natus erit in-
sanus et stultus. Dixit Haberreoden quod
si revolucio alicuius anni significet quod
accidet nato res talis et significacio
hilegij quod sibi accidet infirmitas eodem
anno. tunc ista pestilencia erit maior
et forcior et tunc iudicabis quod homo ille

infirmabitur illo anno tali infirmitate de qua
mutabitur sensus eius idest intellectus dixit autem
Maxime si talis constellacio fuerit in hominibus i. c.
quia hec tria signa proprie habent significa-
re pestilencia tale et tunc pestilencia in istis si-
gnis erit multo forcior atque peior

De demoniacis Regula

Quando luna et Mercurius se invicem non aspi-
ciunt nec eorum aliquis ascendens et luna post
coniunctionem exeat de sub radijs solis atque do-
minetur tunc saturnus. vel quando ascen-
derit super terram post horam opposicionis
dominetur mars. et maxime si infortuna
que tunc temporis dominator fuerit in
sagitario vel piscibus. significat quod
natus erit demoniacus i. erit de illis in
quorum cerebris dominatur humiditas
Dixit Haberreoden quod hee infirmitates
tendunt ad cerebrum Ita quod virtutes
spirituales disturbant ne opera sua faciant
unde tantum valet dicere quod iste infirmi-
tates accidant in parte racionali anime
vel quod accidant in artificijs i. instru-
mentis cum quibus pars ipsa sua opera opera-
tur.

Quando predicte infirmitates poterunt curari per medicina et quando non. Regula

Ait Ptolomeus quod si in hac prefata disposi-
cione et configuracione utreque infortune vi-
cerint et nulla fortuna aspexerit infir-
mitates anime huiusmodi incurabiles erunt
si aut utreque fortune .i. Jupiter et venus
ei similes extiterint .i. participacionem ha-
buerint in significacione istius disposicionis
Et fuerint in angulo orientis. Infortune
vero fuerint in angulo occidentis licet hu-
iusmodi infirmitates erunt frequentissime
tamen erunt curabiles quia fortune ha-
bent vires supra infortunas.
Sed si Jupiter fuerit ille qui ei ad similia ha-
bitur .i. concordia et participacionem ha-
buerit. hee infirmitates curabuntur cu-
ra medici sive dieta sive medicinis
quod si venus fuerit quod assimilatur
infirmitates ille propterea .i. verbis et in-
cantacionibus sanctorum hominum vel divino au-
xilio Sed quando infortune fuerint
in angulo orientis vel eam aliqua for-
tuna in angulo occidentis Et habenrodan
addit vel eam etiam aliqua erunt egritu-
dines incurabiles et frequentes minimeque ma-
nifeste Racio est dixit Habenrodan quia
virtus infortunarum vincit. Ideo liberari
non poterunt Unde ait Ptolomeus quod in-
firmitates epilepsie semper cum clamore

Et timore mortis durabunt Insani vero sensu
carentes nulla terros retineri poterunt et suos
consanguineos offenderunt et turpia dicent.
Demoniaci et his similia propter magnam sui
humiditatem in eorum cerebro vincentes fient a-
perte stulti et impetuosi insultabunt in homines
et percucient eos. et his similia.
Notabat Haben quod Ptolomeus ex his docuit
debere nos attendere et aspicere in figura for-
tunas et infortunas et iudicare secundum illud
quod in ipso vincit Ita quod si fortuna fue-
rit domina figure et eius contrarium fuerit
infortuna Et fortuna forcior sit iudicabis
secundum ea hoc modo in omnibus aliis faciemus

De locis planetarum adiuvancium ad in-tencionem et augumentum predictarum infirmitatum

Ait Ptolomeus quod sunt quedam loca plane-
tarum in quibus illa qualitas fuerit .i. in quibus
est configuracio significans aliquam predicta-
rum infirmitatum que sunt loca in quibus sunt
planete infortune. Et loca in quibus sunt
Mercurius et luna que adiuvant magis ad
faciendas dictas infirmitates ¶ Loca namque so-
lis et Martis .i. signa in quibus sol vel
mars aliquam dignitatem habuerit sive sit
domus. sive exaltacio. Sive terminus .i. triplicitas

Vel ferri vocabunt in faciendo stulticiam et
insaniam. ¶ Loca Jovis et Mercurij Juvant
infirmitates epilepsie. ¶ Locus veneris Juvat
demoniacos ad prophetizandum et occulta dicendum
Et si non erit ista constellacio predicta erit
in divinacione stulticia Et sine illa consti-
llacione significabit prophetizare dixit Haben.
¶ Loca Saturni et lune vocabunt demoniacos
ad nocendum et alios offendendum dixit Haben.
quod forte Ptolomeus per hec loca intelligit
loca in quibus stant planete ipsi hora na-
tivitatis. ¶ Plures ergo species infirmita-
tum que contingunt in parte racionali anime
sunt secundum modos predictos que secundum eam
fiant generaliter per huiusmodi qualitates
adveniunt. ¶ Diversitates vero infirmitatum
seu pestilenciarum contingentium in parte
sensitiva et irracionali sunt que consistunt
in augmento ac diminucione virium nato-
ralium que pertinent ad masculum et femi-
nam.

De infirmitatibus seu pestilencijs partis anime sensitive. Sive irracionalis et primo a quibus planetis Sumenda est de his pronosticacio

Ait Ptolo quod methodus et via per quam
perveniri ad pronosticacionem infirmitatum

infirmitatum Et impedimentorum partis anime
irracionalis est similis predicte vie per quam
pronosticari infirmitates partis racionalis
Et non est diversitas nisi in Mercurio et
luna. Ita saturno soles et luna aspiciat
Ita quod sol aspiciatur loco Mercurij et cum
hoc aspiciamus ad concordanciam martis
veneris cum sole et luna.

Regula generalis.

Dixit haben reden regula
generalis et via est quod sol et luna non se
aspiciant scilicet unus cum alio nec aliquis eorum
cum ascendente Et aliqua infortuna eum in an-
gulo. et quod ambos vel aliquem eorum impe-
diat erunt infirmitates et pestilencie in parte
anime sensitiva et irracionali.

Regule speciales valde de luxuriosis

Quando in predicta configuracione scilicet quod duo
luminaria non se aspiciant scilicet unum cum alio nec
aliquis eorum cum ascendente et fuerit in an-
gulo aliqua infortuna nocens duobus lumi-
naribus si fuerint luminaria in signis
masculinis significant in nativitatibus ma-
sculorum quod erunt magne et inferentes lu-
xurie. In nativitatibus vero mulierum su-
perfluam luxuriam intantum quod operabuntur
que sunt contra naturam. Ita quod una
fruatur cum alia ac si essent cum viris

A.A.

De alys circa luxuriam turpibus regula

Quando perdita luminarium constellacio fuerit
ut dictum est et cum hoc accidit quod Mars et
Venus fuerint masculini vel altera eorum signi-
ficat in viris idem quod prius scilicet quod erunt
valde luxuriosi et nimis circa libidinem
contra naturam solicitabuntur et circa
coitum desiderabunt facere turpia contra
legem. Mulieres vero in naturalibus actibus
libidinis plus equo perpetrabunt que iace-
bunt cum mulieribus ac si viri essent.
Et si Venus fuerit sola masculina eciam
quod perpetrabunt occulte et ignorantissime
si Mars masculinus extiterit erit illud ma-
nifestum quod quandoque mulieres que cum eis
conversabuntur quasi essent uxores habere
voluerint. Addit Haly Abenrodan quod si am-
bo fuerint masculini erit eis non discoopta
nec coopta. Amplius dixit quod illud
quod dixit Ptolomeus de mulieribus quando
Venus fuerit sola masculina vel Mars
intellige eciam de viris scilicet in re venerea
iacendo cum alijs viris et de mulieribus
in iacendo cum alijs mulieribus
Si vero eedem stelle in contrarium erunt quod
dixi scilicet quod duo luminaria si non aspi-
ciant nec eorum aliquod cum ascendente
et quod in angulo sit aliqua infortuna

nocens duobus luminaribus vel alteri eorum. et cum
hoc fuerint luminaria in signis femininis si-
gnificabunt quod mulieres diligent nimis viros
et iacere cum eis. viri autem ea que sibi sunt con-
tra naturam committet Et sunt molles ac fe-
mineitate omnine naturalis cupidinis actus
transgredientur.
Si luminaribus in perdita configuracione
existentibus sola Venus feminina fuerit ille-
gittimos actus veneris mulieres nimis ad-
implebunt. frequenter tamen ad naturalia
declinabunt et cum quolibet adeo quod nulli co-
itum denegabunt Seu deformis seu contra le-
gem fuerit homines autem erunt effeminati ac
molles et ad innaturales actus venereis pecli-
nes nemine eciam ab illicito coitu pro-
hibebunt nisi quod occulte illud perpetrabunt
Si luminaribus in perdita configura-
cione consistentibus mares femininos ex-
titerit ostendunt duorum utrumque scilicet fornicacione
ac turpitudine actusque illicitos discooptos
et absque verecondia facient ita quod propter
nimiam manifestacionem blasphemabuntur
et vituperabuntur ab omnibus nec pro
malo tenebunt dixit Haly Abenrodan quod si

Quod si in tali configuracione Mars et Venus feminini fuerint ambo erit factus vicorum et mulierum suspectus inter coopertos et discoopertos.

Si cum predicta configuracione mars et venus orientales et matutinales extiterint adiuvant in masculinitate detectionem, quando vero occidentales et vespertinales adiuvant in femineitate occultacionem. Dixit Habenragel intellexit per masculinitatem in viris quod sint propensi magis ad luxuriam in mulieribus vero quod sint contra naturam: sicut per femineitatem in mulieribus ut sint meretrices et in viris ut sint in hoc vicio contra naturam.

Si in predicta configuracione loca in quibus constant luminaria et planete dantes eis infortunium et loca in quibus stant venus et mars vel alter eorum fuerint saturni vel saturnus habeat participacionem cum eis aspiciendo illa. hic significabit quod honestates et puteredines ac conquinaciones magnamque verecundiam eos incurrere iuvabit eo quod ipsius natura utriusque istorum de amore horreat.

Si vero predicta loca Martis veneris et martis Jovis fuerint vel cum eis participacionem Jovis

habeat videlicet aspiciendo, augmentabit decorem et aptam verecundiam.

Si vero Mercurij fuerint vel ipse habuerit participacionem cum eis iuvabit ad detectionem harum rerum fortiorum festinacionem et suarum specierum multitudinem, et diversas maneries et augmentum. Dixit Habenragel meminisse oportet in his omnibus quod si fortune fuerint in ascendente et infortune in occidente he infirmitates liberari possunt. Similiter si fortune fuerint potenciores infortunis. Si vero infortune fuerint in ascendente et fortune in occidente he infirmitates sunt debiliores. Similiter si fuerint infortune potenciores fortunis.

De rebus que extrinsecus nato accidunt et primo de substancia et prosperitate nati.

De rebus que nato ante partum indicanda veniunt sicut de patribus et fratribus. de his que in ipsa hora partus contingunt sicut de mare et femina et an mutata complexione et an recipiet cibum. et de his eciam que post partum dictum est. Tractes vero de rebus his que post partum contingunt sed solorum

de hiis que propria ac naturalia sunt nato. sicut de longitudine ac brevitate eius vite. de forma figura et complexione nati. de infirmitatibus ac impedimentis corporis. de anime qualitatibus et infirmitatibus eius. modo vero corporis et anime sunt nato propria.

Nunc oportet dicere de hiis que nato contingunt post partum. et sunt extrinseca nato que omnia eciam sciri possunt ab hora qua natus exit de ventre matris sue. Dixit autem Ptolomeus quarto quadripartiti in prohemio quod ex accidentibus ab extrinsecus nato contingentibus post partum primum quod iudicandum venit est prosperitas nati .i. fortuna nati in substancia .i. diviciis et valore. quia iudicium de viciis sequitur iudicium de rebus ad corpus pertinentibus. sicut iudicium de valore sequitur connexum iudicium de rebus ad animam spectantibus. Unde ait Habenreoden. sicut corpus est subiectum anime. Ita divicie sunt subiecte valori per valorem intelligit Ptolomeus.

A quibus planetis atque locis planetarum. Sumenda est pronosticacio de prosperitate nati in diviciis

Ait Ptolomeus quarto quadripartiti ca. primo

quod a sola parte fortune oportet pronosticacionem de diviciis nati sumere quam quidem qualiter ad invenire debemus scilicet subtrahendo motum solis a motu lune. et addendo super ascendentem. Deinde totum numerando ab ascendente tam in diurnis quam in nocturnis nativitatibus. Iam diximus in principio libri .i. in capite.

Dixit hic Habenreoden. quod racio propter quam ista fortuna hoc nomen accepta habet sic magnam vim in diviciis nati significandis est. quia hec posicio est ascendens lune sicut luna est ascendens solis. Ideo oportet ut pertineat proprie ad divicias sicut ascendens pertinet ad dominum.

De Substancia et diuicijs nati regula Generalis

Volentes super substancia et diviciis nati iudicare inspicere debemus stellas sive planetas gubernantes locum partis fortune et imprimendo illum qui habuerit ibi plures dignitates, et super statum eius in comparacione mundi et ad angulos et ad solem. ut per hec sciamus quanta est virtus et concordancia sua

Item inspiciamus. stellas seu planetas que eas associentur in figura .i. participacionem habentes secum in figura et eos qui elevantur super eos et si fuerint ex condicione .i. eiusdem sibi:

iudicimus

corum eo vel contrarium quia si fuerit concordes tunc significacio erit maior et firmior fient si alio modo erit debilior et minor

Regula magis specialis

Si dispositores sive dispositor partis fortune fortis sive fortis et potens extiterit natus erit multarum diviciarum et si cum hoc testificabuntur duo luminaria testimonio concordie sicut aspectu trino vel sextili. Et in talibus dicit Alhabenraged significabitur quod divicie nati erunt multum maiores et valde magne dixit Habenragel ex hoc intelligitur altera regula videlicet quod si gubernator partis fortune fuerit debilis quod natus erit pauperum diviciarum et si victores eius fuerit dampnati sub radijs Et cadens sub terra natus nullas omnino habebit divicias. Et si cum hoc non testificabitur ibi sol et luna erit natus pauper omnium terrarum valde. Hinc tercia quasi regula. quod si hec res quas diximus mediocres fuerint inter fortitudinem et debilitatem eodem modo erunt divicie nati. Conveniunt igitur et iudicantur nati divicias a fortitudine et debilitate gubernatoris partis fortune et a testimonio luminarium concordante vel discordante ut dictum est

De diversis significatoribus diviciarum nati secundum diversas significaciones planetarum quando quilibet eorum solus est gubernator diviciarum Regula

Ait Ptolo. quod si saturnus gubernator seu dispositor partis fortune, solus fuerit stante supradicta configuracione significabit divicias nati provenire ex edificijs vel ex [illegible] cultibus aut ex navigacionibus. dixit Habenragel. Si vis scire quando saturnus est dispositor partis fortune ex quibus rebus habebit divicias vide si fuerit femina vel aspexerit se veneri tunc iudica quod divicie nati erunt pro parte mulierum Et si erit in loco terreo iudicabis quod erunt ex labore terrarum. Si in loco aqueo tunc erunt divicie ex aquis et navigacionibus

Si Jupiter solus erit gubernator sive dispositor partis fortune. significabit quod divicie nati erunt ex commendacionibus et ex donis bonorum Et religiosorum et ex qualibet probitate.

Si Mars. Dominus partis fortune fuerit significabit quod divicie nati erunt ex exercitu duorum regiminumque dixit Habenragel.

Et si fuerit mars cum eo potens, erunt pro dominio
minori. Et si fuerit in signo fortunarum
aut in aliqua suarum dignitatum tunc divicie
erunt pro gubernandis hominibus.
Si venus domina partis fortune fuerit de
nunciabit divicias ex donacionibus amorum,
vel ex mulieribus. Dixit Haben: quod si ipsa
fuerit in hac re gubernatrix et habuerit
aspectum amicicie cum domino ascendentis. et
cum aliquo gubernatore nati significant
quod divicie erunt ex parte amicorum.
Et si fuerit aspectus cum aliquo significa:
torum. mulierum nati significat quod erunt
eius divicie ex parte mulierum. Et sic o:
portet ut in quolibet horum statuum inspici:
as statum planete gubernatoris et sic iudi:
cabis.
Si mercurius. erit dominus seu dispositor partis
fortune significabit divicias acquirere ex merca:
tore industria. Dixit Habraham: quod ex
quo Mercurius significat de sui natura
qualitates anime racionalis. significat
super sciencias et quia revolvitur circa solem
significat eius hominis similes sicut versari
in Mercimoniis. Ideo si fuerit guberna:
tor partis fortune. vide si fuerit in loco
scienciarum. significabit quod divicie erunt ex
parte scienciarum. Et si volueris videre ex

qua sciencia fient aucte erunt divicie. Inspice
in quo statu erit Mercurius et ad dominum
sui loci et signi in quo est. Et si est in loco
itinerum. aut significantis locum tunc divi:
cie erunt ex parte mercimoniorum. Et eciam
scire poteris que erunt huiusmodi Merci:
monia. si inspexeris in toto quod dictum
est. De diuicijs nati scdm significa
ciones planetarũ. quando in guberna
cione seu disposicione diuiciarũ par:
ticipacionem habent cũ alio planeta.
Si saturnus gubernator fuerit partis fortune
et participacionem habuerit cum Jove signifi:
cabit natum habere divicias ex hereditatibus
mortuorum. Racio huius est dicit Habraham:
quia saturnus dat infortuna Jupiter
vero fortuna. Ideo infortuna dat quod aliquis
moritur fortuna vero quod bona hereditat
participacio vero saturni cum Jove potest
esse tribus modis. Uno modo. quod ambo
sint gubernatores partis fortune vel loci quod
sit unus gubernator et habeat aspectum
cum alio vel quod alter sit gubernator loci
sui. Secundo modo, quod hec participacio sit
in angulis qui sunt super terram et maxime
in medio celi erit eius significacio. fix:

minor et forcior. Tercio modo. quod Iupiter sit
in signo duorum corporum vel quod aspiciat se
cum luna dixit haborredan quod pro existencia
in signo duorum corporum. et pro aspiciendo
secum luna dominus extranei de alienata
vel quod nascetur ei filius de extranea muli-
ere pro quo hereditatem habebit significabit
quia signo bicorporeum et aspectus lune signi-
ficant participacionem rerum duarum. Dixit eciam
haborredan quod Ptolomeus docuit has parti-
cipaciones inter saturnum et Iovem et accipias
inde significaciones ad omnes alias parti-
cipaciones et stabilient nobis has. ut sit
radices a quibus sumas exempla in aliis
planetis. quando unus cum alio participa-
cionem habuerit. Et si intellexisti quod
dictum est scies omnes alias participaciones
regula enim est ut aspicias quam participa-
cionem habet planeta et cum quo planeta
est. et quid significet in nati moribus
hic planeta et eius magisterii et sic iu-
dicabit. Unde v. g. si saturnus participa-
verit cum marte et habuerit significa-
cionem aliquam in nati moribus ut sit la-
tro. Et si in suo ministerio ut sit mi-
les. Iudicabis quod erunt divicie de ra-
pina. vel insidiis itinerum et similia.

Et si habuerit significacionem in nati moribus
quod sit rectus et iustus in suo ministerio
custodiens infirmos et fuerint gubernato-
res in partis fortune saturnus et mars
iudicabis quod erunt divicie pro eo quod erit
dirigens vel pro voluntatibus faciendis
et similibus.

De possessione diviciarum nati et de illarum amissione Regula

Ait Ptolomeus quod si stellis habentibus di-
sposicionem super divicias i. gubernatoribus par-
tis fortune testificabuntur stelle seu pla-
nete qui fuerint ex eorum hayz i. similitu-
dine sua apud natum remanebunt divicie
et salvabuntur.
Si vero stelle que sunt ex hayz contraria
super loca auctoritatis elevantur vel testifi-
centur eis ad ea. demonstrabit amissio-
nem diviciarum. Dixit haborredan quod loca auc-
toritatis et principalia ~~predicta~~ sunt que dicta sunt in
capitulo vite sicut est locus solis locus lu-
ne ascendens. et partis fortune Et ponas
primo habentem maiorem posse. Ait eciam quod
non habent virtutem testimonia planetarum
contrariorum nisi quando fuerint in coniuncti-
one vel opposicione. vel quadratura et ge-
neraliter cum sua contrarietate sunt iuncte
cum aliquo aspectu

De tempore quo diuicie nato evenient vel perdentur si perdi debuerint. Regula

Ait Ptolomeus quod vniversaliter tempus
quo diuicie evenient aut perdentur si perdi
debent cognoscitur ex aspectibus stellarum
hec significancium ad angulos vel ad loca ascen-
dencia ad angulos .i. ex qualitate vicinitatis pro-
ximarum vel stellarum significancium et a locis
planetarum hec faciencium quando in speci-
ciebus ad angulos et loca ascendencia ad an-
gulos. Namque sicut dictum est in capitulo vite
planete festini motus et qui sunt orientales
a sole et qui sunt in medietate orientali
celi et similia. Significant quod tempus
rei erit citius planete vero qui sunt tardi
motus et occidentales in medietate occiden-
tali et similia significant quod res accidet
tarde et prolongabitur. Similiter quando sa-
enius dixit Haberreo. ab angulis elongati et
ad quos vadit per directionem potest sciri
si prolongabitur vel erit cito et quo tempo-
re erit lucra vel amissio lucri.

De prosperitate nati in valore et honore atque fortuna Si natus erit fortunatus et felix vel non Capitulum

A quibus sumitur pronosticacio de valore
seu dignitate et prosperitate. Ait Ptolomeus
quod harum rerum pronosticacio sumitur ex lumi-
naribus .i. solis et lune qualitatibus et stellarum
ea circumdantibus et concordancium eorum cum aliis
planetis

De nato qui debet esse Rex Regula

Quando vtraque luminaria in signis masculinis
fuerint et eorum vtrumque vel alterum in angulis
extiterit Maxime illud quod sit dominus temporis
.i. sol de die et luna de nocte et quinque stelle
erratice circumdederint ea. circumdantes autem so-
lem sint matutinales. lunam vero ambientes
sint vespertinales. Significabunt natum fore
regem dixit Habenrodan quod circumdare est
quod vnus planeta sit ante et alius retro
eundem planetam vel radios suos
Amplius dixit idem quod si in predicta configu-
racione sol fuerit in decimo et in signo mas-
culino et planete circumdederint eum dicemus
quod natus erit rex mirabilis et potens
Amplius dixit idem quod si cum tali figura
concordaverit aliqua ex stellis fixis ita
quod sint cum duobus luminaribus super
vno circulo. nati potencia erit magna valde
et forcior erit existentibus stellis illis fixis
de illarum facientibus fortunam
Amplius dixit. Item quod cum tali figu-
ra inveneris non oportet te querere aquo

loco natus procedit sed solum si vixerit vel sensum habebit. Nam si invenimus nato istam que possit hec complexione et habitum virtutis cordis et animi concordantem cum eo. Iudicabis quod natus erit rex licet sit filius mercatoris vel servi quia multos vidimus filios mercatorum et servorum qui fuerint reges... In nativitatibus vero filiorum regum convenit ut inspicias ad significatores regni et gentis ac patris et iudicare in quolibet horum signorum concordantia et discordantia quam habuerit

Si stante predicta configuracione planete et stelle fixe circumdantes solem vel luna fuerint in angulis vel habuerint participacionem cum decima domo. Significabit quod natus erit magni valoris et potentissimus et rex potens et in magna parte terre habitabilis

Et cum planete et stelle fixe circumdantes luminaria fuerint dextre et in angulis supra terram. scilicet in ascendente et decima associati cum participacione habeat potencia nati et fortuna in eo quod dictum est erit maior

De nato qui debet esse gubernator sive iudex et dux regula.

Quando predicta fuerit configuracio significans natum fore regem et ex hoc minuitur fo- bono modo quod sol est in signo masculino et luna in feminino. Et unus eorum in angulo.

et alius non tamen talis figura significabit quod natus non erit rex sed gubernator potens destruendo multos interficiendo et incarcerando dominos et tabernacula. licet natus non sit de loco et condicione quod talis esse debeat cum multi videntur de vilibus fieri qui ascenderunt ad hunc statum

Item dicebat idem quod si vis determinare scire que et quales debeant esse honores dignitates sive honores adiunge significaciones horum figure cum significacione vite et complexione corporis et moribus anime et divitijs. Et aspice concordanciam quam natus habebit cum significatoribus regni in quo est. aut cum significatoribus regis aut cum aliquo significatorum si ostenderint in mundo. accidentia magna et intelligas si natus erit vicarius regis aut dux exercituum et in regimine in nativitate sua divicias et propter ministerium quod habebit. Quod si dominus fuerit pro parte Saturni et veneris quas dat Mercurius erit vicarius et maxime si Iupiter habuerit participacionem cum eo. Et si habuerit pro parte Martis erit gubernator exercituum vel dux magnus. et maxime

Si cum eo habuerit participacionem Jupiter et Mercurius et pot' pervenire ad talem dignitatem qualis ista descendens a stirpe pro nobili pro sole qui habet aliquam talem significacionis talis fortune et fuerit significacio planetarum in sua nativitate dig manebit.

De nato qui erit capitaneus alicuius ville vel thesaurius aut Magister curie regis

Aut magister milicie non quod habeat talem honorem qualis exercitus gubernator et socius Regni

Si predicta configuracio significans regnum fuerit et Sol in signo masculino et lunam in feminino et unus eorum solus in angulo. Et ultra hoc planete circundantes solem et lunam in angulo non fuerint nec testificabuntur angulis significat talis figura quod natus erit magni nominis et erit fortuna sua sicut eorum qui percipiunt alicui ville tant' domui regis vel milicie non quod erit dux magnus aut quod habebit dominium socius regni.

De nato qui erit gubernator alicuius parue vile vel Mediocris condicionis homo.

Si in predicta configuracione nullum luminarium in angulis fuerit sed quam plures stellarum illa circundancium in angulis fuerint aut cum angulis participacionem habeant significabit quod natus non erit tanti honoris nec eciam magni nominis. Sed perambulabit in civitatibus disponendo tamquam sindicus et mediocris erit disposicionis vite.

Dix Haberrodan quod si cum predicta configuracione luminaria fuerint in suis dignitatibus et planete eciam ea circundantes in dignitatibus suis significabit quod natus erit mediocris in gubernando aliquas villas.

Et si mars fuerit dominus in facto diviciarum suarum natus erit vel ei similis

Et si fuerit Jupiter loco martis erit judex

Et si saturnus erit director. Et si venus erit gubernator legis. Et si mercurius erit scriptor mediocris honoris.

Sed si luminaria non fuerint in suis dignitatibus nec planete circundantes ea erit mediocris vite dominus condicionis sue si fuerit mercator erit mediocris si professione similiter.

De nato qui erit miser et infelix in suis operibus

Si Sol et Luna non fuerint in angulis nec planete circundantes ea neque cum angulis participacionem habuerit natus in suis operibus miser et infelix apparebit

De nato qui erit in extremo miserie et infelicitatis

Quando Sol et Luna non fuerint in angulis

nec in signis masculinis nec fuerit planete
circundantes ea fuerint in angulis et nulla
fortuna testificabitur aliqui locorum principa:
lium natus erit in extremo miserie et inpro
speritatis. Dixit Haberreoden quod ptolo. dedit
nobis regulas per quas scire possumus magnam
et bonam fortunam nati et econverso.
Concludit igitur Ptolomeus quod regula et via per
quam nati fortunam modicam vel multam scire
possumus est status solis et lune inspicere
et planetarum eos circundantium et quomodo existunt
in comparacione angulorum et locorum in quibus
sunt. Status vero hominis mediocres inter
gradum maxime fortune qualis habent reges
et infime fortune obseruare debemus per ea
que in illa specie particulares testificaciones:
omnes inventa sunt quam habent luminaria
et stelle circundantes ea et stelle guberna:
tres loca stellarum circundancium. Narrat vero dixit
Hebenreoden figuras planetarum sunt multe et di
uersarum manerierum et quelibet earum dat
suo statui fortune propterea ad eam pertinen
tes.

Ad sciendum quando fortuna nati erit maior et firmior seu altior et durabilior et quando vilior et parvi temporis

Si scieris ex constellacionibus nati habere for
tunam inspicimus planetas gubernatores loca

solis et lune et illos qui gubernant eos circundan:
tes si fuerint acordati secundum de Haiz cum sole
et luna et cum planetis qui eos circundant
tunc indicabit quod illa fortuna erit altior
maior et firmior. Similiter ait Hebenreoden
indicabit si planete gubernatores fortune
fuerint sicut Jupiter et Venus et Mercurius
quando fuerit de complexione. unius eorum opor
tet etiam inspicere stellas fixas quia si fu:
erint unius concordancie significat quod
fortuna erit altior et durabilior.
Est autem esse de Haiz quod planeta sit de
loco suo. de natura signi in quo moratur
vel ad quem aspirat sicut diximus Haiz
est quando gubernatores solis et lune et eo:
rum qui circundant fuerint discordati eorum
gubernantibus et quando ita fuerint signi:
ficant quod nati fortuna erit vilior et
minoris temporis.

De sciendis rebus ex quibus prove: niet seu in quibus consistet fortuna nati

Ait Ptolomeus quod si vis videre unde nato
fortuna veniet inspice status seu qualitates
planetarum. luminaria circundancium et inspi:
ciendo inter eos qui sit maioris fortitudinis
et habentes plures dignitates in gubernando

et hic redimabit per eum quia
Si Saturnus fuerit in hac ut gubernator seu
dispositor fortuna nati consistet in habendo
multam substanciam et in congregacione pecu-
niarum dixit Heberreoden in habendo multas
hereditates et bona mortuorum et addit quod
si Saturnus fuerit in bono statu natus erit
letus cum illis diviciis et honore. Et si fuerit
in malo statu erit laboriosus licet multarum
diviciarum dominus. et hic est parcus quod de
suo bonum non faciet sibi ipsi nisi hos duos
status sunt alii intermedii
Si Jupiter vel venus in hac ut fuerit gu-
bernator sive dispositor erit eius fortuna
nati in gaudiis de natibus honorificencia
et magnanimitate et sic dixit Heberreoden
si fuerit Jupiter vel venus in bono statu
bonus erit aprecius et melius. Si in malo
bonus erit citius et ipse de honestate pro eo
Si Mars fuerit gubernator seu dispositor
fortuna nati erit in habendo exercitus et
in victoriis inimicorum et in removendo ti-
morem a subditis suis. Dix Heberreoden
Si mars erit in bono statu hic istud quod
dictum est erit maioris virtutis Si in malo
statu erit debilius et cum superbia
Si Mercurius gubernator extiterit fortuna

erit in intellecto et sciencia ac eorum disposicione
dixit Heberreoden quod si Mercurius erit in
bono statu hoc erit nobilius et melius si
in malo erit minus et peius.
Amplius dixit si duo planete domina-
bentur in hoc statu vel plures erit for-
tuna composita. V. g. aliquis erit sapiens
habens multas hereditates et erit avarus
Et alter liber. Alius erit dux armorum
et sapiens et intelligens et similia.

De Magisterio nati et eius operacio-nibus Capitulum

A quibus signis atque planetis sumenda
est pronosticacio de magisterio nati ac
eius artes sive exercicio seu officio
Quoniam magisterium est res cum qua durat for-
tuna hominis et cum qua potest lucrari.
Itaque propter magisterium veniunt divicie
et honores atque fortuna. Ideo post fortu-
nam de magisterio dicendum. Dixit ptolomeus
quod a duabus rebus de hoc sumenda
est videlicet a sole et luna et a signo
in celi medio existente. Racio huius
est dixit Heberreoden quia sol est potencior
et maioris dominii ceteris planetis et
decima domus similiter ceteris in figura do-
mibus. Et ideo oportet ut ministeria.

separantur a sole et decima domo ut opa
nati sint potentiora maioris virtutis et
plus completa

Regula generalis de Magisterio.

Observare oportet stellam sive planetam que de
sub radiis solis egressa mane medium appa
ruerit et stellam que fuerit in celi medio
perfectum si eam bona aspectu habuerint.
Et si invenerimus hos duos status in uno pla
neta illum observabimus et per illum iudicabimus
Si vero. unus status in uno planeta inveniatur
alterum vero in alio illum observabimus cui status
status unus contingit. Dixit Habenrodan
quod planeta matutinalis de qui est ma:
gis circa solem et qui ante eum oritur partem
et habet a sole per maiorem virtutem aliis. pla:
neta vero qui est in decima et habet aspe:
ctum cum luna habet virtutem sic magnam ut
ille qui apparet mane circa radios.
Cum ipsi habuerint virtutes equales accipimus
primo illum qui habuerit plures digni:
tates postea alium qui participat in signi:
ficacione. Dixit ulterius Ptolomeus si
idem planeta qui de sub radiis solis egressa
mane medium apparuerit et in celi medio
fuerit et aliis partibus ipsum bona aspexerit

aspexerit utrique erit considerandus. sed illum
permittemus. sed preponimus qui plures digni:
tates in loco quem diximus alterum habebit. Et ait
Hebinrodan alter iuvabit in opere primum
et minuet de eo. Dixit etiam quod planeta
qui fuerit circa solem et habuerit aspe:
ctum cum luna habebit maiorem virtutem.
Dixit ulterius quod si potentibus dominio magi:
sterii et officii non invenimus ullam planetam
qui mane appareat de mane de sub radiis
solis nec ullum in celi medio accipimus dominum
medii celi vel planetam habentem maiorem
dignitatem in gradu decime et hoc venit in
tardis operibus. Nam in quo talis configura:
cio erit ille erit pro maiori parte sui temporis
sine ullo officio.
Concludit Ptolomeus quod hec via qua preponimus
ad cognicionem qualitatem stellarum habentium
disposicionem super magisterio et stellarum
significantium ocium vel vacacionem a magi:
sterio.

Regula altera generalis de genere seu qualitate Magisterii: Seu operis

Qualitas operis et magisterii dixit Ptolomeus
cognoscatur ex tribus stellarum proprietatibus
que sunt Mars. Venus. et Mercurius
et ex qualitatibus signorum in quibus fuerint. B.B.

Sequuntur regule particulares de magisterio et opere nati quarum prima est.

Prima Regula Si Mercurius solus fuerit au-
ctor i. dominus et dispositor officij et ma-
gisterij significabit quod natus erit bancator
et computator et doctor mercator nomina-
tor rerum cognitor sacrificiorum factor sa-
piens in iudicijs astronomie et generale in
librorum lectionibus ac eorum exposicionibus
versabitur dabit eciam et accipiet. Dixit
Albumasar quod mercurius significabit
quodlibet istorum secundum naturam signi in quo
erit et secundum naturam termini in quo est
V. g. Si fuerit Mercurius in solaribus di-
gnitatibus significabit quod erit nume-
rator. glosator. baratator. dandi et recipi-
endi et si erit in dignitatibus Jouis
erit mercator. Si in dignitatibus vene-
ris. erit astrologus. et sapiens in iudi-
cijs astronomie.
Si Saturnus ei testificator i. participa-
cionem habuerit in disposicione magisterij
cum Mercurio Ita quod Saturnus erit do-
minus magisterij et habuerit concordan-
ciam seu participacionem cum Mercurio vel
mercurius fuerit dominus magisterij
et habuerit concordanciam cum saturno.

Quando igitur ita participabunt ambo in significa-
cione magisterij tunc natus erit rerum alie-
narum dispositor sompniorum interpres vel in tem-
plis dei causa aliorum sapiencie seu diuina-
cionibus commorabitur
Si Jupiter cum mercurio in disposicione ma-
gisterij nati disposicionem habuerit ita quod am-
bo fuerint significatores magisterij natus erit
ordinator legum et magnus sapiens et cum
probis hominibus atque magnis, conuersabitur,

De venere existente domina et dispositrice magisterij seu officij et operis nati Regula.

Si venus sola domina magisterij nati fu-
erit tunc natus se intromittet in Speciebus
aromaticis et bonorum odorum ex vini vendi-
cione vestes tinget pulcras. et rebus que
ad ornatum pertinent pictor erit vel Spe-
ciebus ac medicamenta vendet. idest. pharma-
copola et aromatarius erit. carponator
aut textor aut tinctor aut aut serici
textor Dixit Albumasar quod secundum statum
veneris ita diuersa hec significare
poteris Nam si fuerit in suis dignita-
tibus significat natum varios vendere pre-
ciosos. Si in dignitatibus solis natus erit
venditor lapidum preciosorum vel annulorum

erit pannorum decoratorum. Si in dignitatibus
lune, erit venditor pannorum preciosorum adur:
ginas et nobiles mulieres. Et si in digni:
tatibus Jovis erit phisicus. et si in dignitatibus
martis erit apotecarius. Et si in dignitatibus
saturni erit textor. et pannorum putator et peciator
vero
Et si in dignitatibus mercurij erit pictor.
Hec enim omnia componentur secundum unum cum alio
secundum opinionem suorum naturarum.
Si saturnus mercurio testificetur et participa:
cionem habuerit in gubernacione magisterij
nati eo modo quo dictum est de Mercurio et vene:
re. tunc natus erit mercator de rebus que spe:
ctant ad superfluitatem et mollitiem eritque decre:
ptor et nigromanticus.
Si Jupiter testificetur ei scilicet vel quod venus
domina magisterij fuerit et Jupiter parti:
cipacionem habeat cum ea. vel Jupiter fue:
rit dominus officij et participabit cum venere
ita quod habuerit concordanciam cum venere
Ita quod ambo sint gubernatores officij
natus erit lusator et coronarum compositor
erit eciam aptus divicijs et eius divicie ha:
bundabunt causa mulierum. Dixit hebemeodan
Si Jupiter et venus ambo fuerit in bono sta:
tu natus erit paratus ut sit magnus rex
vel princeps et sibi pro parte mulierum
eveniet honor iste. Sed si ambo fuerint
in malo statu erit lusator.

Amplius notabat idem quod volentes recte
iudicare de officio proprio ac magisterio
nati debes adiungere officium cum complexio:
ne corporis et cum moribus anime et cum fortuna
substancie et honoris quia per hec omnia
sciri poteris

De Marte existente domino magi:
sterij et officij nati.

Si Mars solus dominus magisterij extiterit et
nec soli nec alteri planete associetur natus
operabitur in ferro vel naves componere aut
architectari lapides abscindere in communem
lapidibus sigilla sculpere arbores scindere
et similia. Cum vero soli associatur. cum
sole concordanciam habuerit significant quod
natus. exercebit officia que fiunt per ignem
sicut opus coqui aut conflatoris metallorum
et minerarum auri. Dixit hebemeodan. quod sol
est de complexione calida et Mars de sicca et
comburenti. Ideo conveniunt ut ambo significa:
rent officia que fiunt per ignem. Et si am:
bo fuerint in bono statu tunc natus erit fa:
ber vel aurifex. Si vero in malo erit
accensor ignis in furnis vel balneis
Si fuerit Mars in dignitatibus veneris erit
coquinarius. Si in dignitatibus Saturni erit
caldrarius. et sic iudicabis quando cum alijs
participabit

Quando vero per se solus mars est dominus
magisterij. Si accidit quod sit in dignitatibus
saturni significat quod natus erit carpentor
navium. Si in solaribus dignitatibus significat
lapides viridees. Si in dignitatibus veneris
significat lapides viridees preciosos et ge-
mas et talia. Si in dignitatibus mercurij
vel lune significat arbores secare seu scindere
Et docuit nos ptolomeus quod semper debemus
querere significacionem ministerij in complexionibus
quam videbis inesse nato.
Si saturnus marti testificetur .i. quando satur-
nus vel mars fuerint domini magisterij
s. uni eorum. et alter dans participacionem
cum eo significabit quod natus erit navigator
portator et natator ~~hospitator~~ hominum. per aquas.
coquus pictor et qui in balneis morabitur
Racio horum est dixit habenrodan quia satur-
nus significat humiditates fedas et odores
putridos. Mars vero significat siccitatem
et sapores combustos et amaros. Ideo ex
his componitur ars quam dixit Ptolomeus
Si Jupiter eciam marti testificetur natus erit
miles minister penarum decollator animalium
faciens solvere decimas portorum et passuum
et vadum. hospitator hominum.
Racio est dixit habenrodan. quia Jupiter signi-
ficat

iusticiam et nostrum Mars vero iram Ideo quando
complexiones et nature consenciunt oportet
quod magisteria nati sint quod ex una parte
sit superbia ex altera vero et iusticia sicut
facientibus solvere pedagia per vias et pontes
et carnificibus animalia regulares ad usum
hominum

De duobus vel pluribus planetis exi-stentibus dominis magisterij et primo

De Mercurio et venere quando ambo sunt domini
sive dispositores magisterij et operis nati.
Si duo planete habuerint dominium magiste-
rij et v.g. venus et mercurius tunc natus
exercebit se in musica vel ludis aut in
incantacionibus seu invencionibus cantacionum
vel in qualibet specie repertiendi cantus
et sic significant arithmeticam musicam
sonorum varietates et similia et sic in offi-
cio commiscentur significaciones amborum
Et quando in se commutabuntur loca
ita quod venus fuerit in dignitatibus
mercurij et mercurius in dignitatibus
veneris ipsis existentibus gubernatoribus
officij significant quod natus erit joco-
lator trufator venditor feminarum ioco-
sorum eciam instrumentorum magister factor
fidium. pictor saltator derisor et incan-
tacionum inventor.

Si Saturnus eis testificetur et participacionem
habuerit cum eis in dispositoribus magisterii
tunc natus magisterium erit in mercacionibus
et vendet ea quibus mulieres adornantur
Si Jupiter eis testificetur et quando fuerit
dominus officii unus horum planetarum scilicet
Mercurii veneris et Jovis et participabit
cum ceteris duobus tunc natus erit placitator
computator et semper in locis congregacionis
hominum et circa regias portas commora-
bitur. docebitque pueros et in rebus religi-
solicitabitur. Dixit Hebemeoden quod si pla-
nete isti erunt in dignitatibus martis
natus erit advocatus terrenus causarum.
Si in dignitatibus mercurii erit receptor
racionum sicut Strechalchi et maior domus
Si in dignitatibus solis vel lune erit frequentator
locorum ubi conveniunt homines et potestates
regum aut factorum populi gubernator et
hoc totum si fuerit in bono statu. Sed si
in malo erit doctor puerorum.

De Mercurio et Marte existentibus dominis seu dispositoribus Magisterii nati

Si mars et mercurius operis ac magisterii
dominium habuerit natus erit doctor in com-
posicione imaginum et armorum eritque scul-
ptor in rebus quibus templa utuntur ani-
malium imagines faciet. eritque luctator

phisicus et medicus cirurgicus malefices
fornicator et chartarum falsificator. Dixit
Hebemeodan quod ex quo significacio pro-
pria mercurii est numerus et arithme-
tica. Martis vero res in quibus est fra-
bia vel fiunt cum ferro. Et quia hi duo pla-
nete commiscentur componitur inde opus
et officium quod erit incidendo imagines
faciendo arma cum signalibus et figuris
bestiarum. Similiter si hi duo planete fuerint
in dignitatibus veneris erit luctator.
Si in dignitatibus Jovis erit physicus
Si in dignitatibus saturni erit ductor bo-
bis. Et si fuerint in malo statu erit
malorum operum et falsificator chartarum
Si Saturnus eis testificetur et quando fu-
erit dominus magisterii aliquis horum trium
planetarum scilicet saturnus mars et mercu-
rius et particeps fuerit cum aliis duobus
tunc natus erit infector aliorum vestimenta
et bona decipiet. erit viarum obsessor et
in cavernis morabitur et prodiciones et
latrocinia faciet erit eciam deceptor.
Racio est dixit Hebemeoden quia tunc offi-
cium erit rectitudini contrarium.
Si Jupiter eis testificetur tunc natus diliget
arma et duella et litigia. et hoc pluries

preliis

marcis participacione mercurij et iovis. erit
eciam rector ac procurator ac versipellis et
hoc racione martis et mercurij negociatur di-
liget ser ingeret se de multis. et hoc quando
erit hi planete in bono statu habebit extra
neorum. ac peregrinorum secreta videre et de
talibus lucrum suum faciet quia natura
iovis est separata a natura martis et mer-
curij et quando commiscentur significat sepe

De venere et marte existentibus domis magisterij nati.

Si domus disposicionis operis ac magisterij
fuerit venus et mars natus erit tinctor
et speciarum venditor. auri et argenti ac
plumbi magister erit agricola tonsor in
armis medicamina conficiet ... apothe-
carius erit. et erit medicus. dicit Hebe-
rodan quod si complexio veneris vicerit
significabit quod erit tinctor aut spe-
ciarius. Si complexio martis signi-
ficabit quod operabitur in stanno
Si erit in dignitatibus solis et Jovis erit
aurifaber auri et argenti.
Si in dignitatibus saturni erit laborator
ferrarum. Si in dignitatibus martis erit
tonsor cum armis. Si in dignitatibus iovis
erit phisicus. et opator medicinarum.
Si saturnus eis testificetur ita quod aliquis

horum trium planetarum s. veneris martis et
saturni dominus officij fuerit et participa-
tus fuerit cum aliquibus dicebat significat quod
natus solicitabitur ad imolandum animalia
deo. mortuos induet. funera deflebit ac
sepulchra quolibet eciam modo declinabit in
rebus occultis et habitabit ubi cantus exerce-
tur fossores et effunditor sanguinis. dixit
hebemeoden quod si natura saturni mar-
tis et veneris commiscentur. officia erunt in-
fortunata que tendit ad partem boni. tamen
si venerit virtus martis erit cum illis effu-
sio sanguinis.
Si saturnus erit secreta et res cooperte.
Si Jupiter eis associetur. tunc natus in templis
assidue morabitur. langor erit in marita-
lis feminis solicitabitur et ad effectum pro-
cedet. et inde erit eius vita erit et delicio-
sus et dissolutus cogitacionis dixit haberneoden
quod quando complexiones Jovis Martis et ve-
neris commiscentur. magisteria erunt magis
fortune quam infortune. Nam venus facit
opera limpida. Jupiter bona et famosa
Mars facit ... et magisteria ... ...
...

De venere Marte et Mercurio existentibus domins Magisterij

Amplius dicam huiusmodi. Si Mars venus et
mercurius dominantur in officio hoc ex quo
opa martis sunt que fiunt cum ferro vene-
ris, peladrea et composita. Mercurij que
fiunt manutes. hec ad durabis conviserendo una
cum alia quod officium nati erit in marixdo.
gemmas factor margaritarum et incidendo
res compositas volvendum et similia. Et si parti-
cipabit cum eis saturnus significabit ea que
pertinent ad mortuos. agricultura et mari-
naria. Si participabit Jupiter significat
quod pertinent ad regimen. celsitudinem do-
mestabem et directionem dominio.

De Signis adiuvantibus in significacione magisterij et operis nati.

Dixit Ptolemeus quod figure signorum in quibus
reperiuntur planete significatores super offi-
cium et magisterium nati. adiuvat in signi-
ficandis diversis magisterij speciebus pro
differentijs ipsius nati. Nam signa que
cum figure figuris hominis assimilantur
iuvant magisteria que pertinent ad scien-
cias et quibus homines indigent dicam libera-
les eodem quod magisteria omnibus necessaria
que pertinent ad sapienciam sunt composita
ex theorica et practica sicut medicina astro-
nomia vedicinatia agricultura. loquendo
de illa agricultura qua utuntur sapientes.

non ea qua sciunt laboratores per usum.
Unde aristoteles dicit ipse et magisteria sunt
quatuor modorum secundum aristotelem aut sunt actus
quorum finis est tantum scire sicut philosophia. aut
quorum finis est operari sed complendo opera
nature sicut phisica et medicina et agri-
cultura aut quorum finis est dirigere et
operari solum sicut fabrefactiva militia carpen-
toria textoria et huiusmodi
Signa quorum figure quadrupedum figure
assimilantur iuvant magisteria que ver-
santur circa mineras sicut operari argen-
tum aurum ferrum plumbum stannum ebur la-
pides incidere. Similiter magisteria mer-
cimoniorum. que sunt multorum generum sicut
vendere panem. oleum. pannos et alia que
de una terra in aliam inducuntur
Item magisteria que pertinent ad edifican-
dum et dolandum
Signa autem quatuor tropicorum scilicet duo solsticialia
et duo equinoctialia. iuvant magisteria
artificij transferendi et interpretandi
de una lingua in aliam vel qui nesciunt
ea lingwam pro ea scienda et geometrie
agricultore et eorum que pertinent ad guber-
nacionem ecclesiarum. templorum.

Dixit Hebermeden quod geometria est principium
multorum aliorum magisteriorum. Sciunt facere
decurrere aquas de uno loco in aliud, fontes
et puteos aperire artificia facere. et ferra-
menta pro aliis ministeriis et figuras
et est radix omnium aliorum magisteriorum
Signa quorum figure assimilantur figuris
serpentum et animalium aquaticorum significant ma-
gisteria que pertinent ad humiditatem sicut
est piscari marinarium esse navium labora-
re aquas facere coria piscibus salsare et
carnes. saleque facere et huiusmodi.

De luna significante varia magisteria se-
cundum quod in variis signis reperta fuerit

Si luna loco magisterii dominata fuerit
vel domina decime fuerit et post combustionem
ad mercurium iverit et in capricorno vel tha-
uro seu cancro natus erit sapiens et imo-
lator vel sacrificiorum factor et divinator
in hidromantia vel observando aquarum ma-
sa. dixit Hebermeden quod divinationes que
precipiunt de natura tauri. racione vene-
ris et lune et natura joculacionis in
sacrificiis est propria de natura capri-
corni Racione saturni et martis Et
inspicere in vasis aquarum est proprium na-
tura cancri quia

quia est signum aque et fortune habent multas
dignitates in eo qui sunt Jovis et veneris
Dixit eciam quod multi solebant divinare aspi-
ciendo in nubibus rivis puteis et similibus
sed iste artes iam sunt deperdite propter le-
ges inhibentes.
Si luna domina decimi existens post combustionem
ad mercurium iverit si fuerit in sagittario
vel piscibus natus divinabit per mortuos
vel inspiciet in membris animalium mortuorum
et predicet futura. Similiter coget spiritus qui
vocantur diaboli vel alios spiritus movebit de
loco ad locum. propter quod divinabit dixit
Hebermedan. quod hoc fit quia sagitta-
rius et pisces. sunt dignitates Jovis. et
Mercurius male moratur in his locis
quia sunt sui casus. et opposita suis do-
mibus ideo consentiunt quando luna et mer-
curio habent significacionem talem.
Si luna domina officii existens et ad mer-
curium post combustionem proficiscens ut
supra dictum est in geminis vel scorpione
fuerit. tunc natus erit nigromanticus et astro-
logus et iudicabit occulta et predicet fu-
tura vel divinator erit. dixit Hebermeden quod
nigromanticus est ille qui facit populo
fascinamenta, et facturas sive maleficia
quibus credunt quod accidunt pro certo

sicut ipsi credunt. Astronomus est ille qui
scit futura per figuras stellarum
Divinator est ille qui in eius voluntate res
veniunt. Et dixit quod res que non sunt appare-
tes et que future sunt et nescit qua parte
deveniant tales nec qua racione extrahat eas
unde credendum est quod in anima talium
hominum veniunt res a significacionibus
corporum celestium que significaciones fa-
ciunt res venire aliquo tempore futuro
et hora aliqua formatur talis figura
stellarum et fit talis res et in illa ho-
ra formatur in voluntate illius divina-
toris veritas illarum futurarum divinationis.
Et ego vidi multos tales qui quando erant
infirmi dicebant tali die moriar et sic
factum est
Si luna domina officii i. decime et eius mer-
curio circa coniunctionem accidit quod sit
in libra vel ariete natus erit prophe-
ta et sompniorum interpres ac sapiens.
Dixit Albemeodan quod erit natus propheta
quando natus ei testificabitur existenti in bo-
no statu. Sed in malo erit solutor sompniorum
et si Iupiter testificabitur erit incantator
Racio autem quare in libra et ariete luna sit
existente id racio dixit Albemeodan est quia
in libra est dignitas saturnus. Mercurius
et venus in ariete vero sol et Iupiter qui
habet in ariete et leone trigonum.

in triplicitate. Ex signis omnibus diminuit
gemini et aquarium Ptolomeus quia significacio-
nem predictorum in eis et illa mercurii habent ibi
fortificatur. concludit Ptolomeus quod hec est
via et methodus per quam qualitates et species
magisteriorum et officiorum hominum scire pos-
sumus

Regula de condicione nati in magisterio si erit Primus in illo et excellens alios aut erit sub aliorum potestate et non primus in illa arte

Quantitates vero eorum magisteriorum et con-
diciones talium magisteriorum si natus in suo
magisterio erit principalis vel sub manu
et servicio alterius et si ceteris antecellit
in eo magisterio an non cognoscens ait Pto-
lomeus ex fortitudinibus stellarum dispo-
nencium super magisterium. Nam si stelle dis-
ponentes illi fortes fuerint respectu mundi
et orientales et in suis dignitatibus et for-
tes respectu nativitatis et in angulis et
similibus tunc magisterium nati erit in suo
genere dignius et antecellens alia et erit
principalis in illo magisterio. Sed si predi-
cti planete debiles fuerint tamen respectu
mundi et quia occidentales vel in oppositis

suarum dignitatum vel cadentes ab angulis tunc ma-
gisterium illud erit sub potestate alterius et natus
non erit principalis in suo magisterio sed sub
manu alterius

De magisterio nati si erit laudabile et nobile an ville et vituperabile ac spretum

Dixit Ptolomeus. Si dominus vel domini magisterii
fuerint in aspectu fortunarum vel in suis digni-
tatibus erit salve virtutis magisterium nati
erit nobile et laudabile quietum nec unquam in eo
decipietur nec errabit. Sed si dominabuntur
infortune significat quod magisterium nati
erit vile ignobile dampnosum et in eo decipietur
et errabit Dixit Heberreoden. quod si dominus ma-
gisterii erit in statu mediocri inter bonum ma-
gisterium erit mediocre.

Si infortuna nocens. et impediens dominum
magisterii fuerit saturnus vel dominus magi-
sterii aut Heberreoden fuerit de complexione
saturni natus erit in suo magisterio piger
longus et tardus ita quod vincet magiste-
rium eius et perdet ac deficiet in eo.

Si infortuna nocens domino magisterii fu-
erit mars vel ut ait Heberreoden dominus
magisterii fuerit de natura martis erit
in magisterio nati timor atque destructio
et natus erit ita sine verecundia in
suo officio quod ad magna pericula se
ponet

Pro eo ita quod perdet in illo villescet et defi-
ciet in eo.

Si utraque infortuna impediet erunt in toto spa-
tio sui multa inconvenientia et mala in
suo magisterio dixit Heberreoden per hec do-
cet nos Ptolomeus opposita doctrina videlicet
quod fortune adiuvant dominum magisterii quod
significat natura. Si Jupiter erit dominus
magisterii erit magisterium nobile lucrosum
et propter bonum et fortunam in eo non deficiet
Si venus fuerit domina magisterii erit natus
fortunatus in suo officio lucrosus et licet Pto-
lomeus eum ponet in multis locis quod venus
concordat cum Jove in sua natura ideo uno
verbo supradixit quod significat magiste-
rium nobile et lucrosum

De augumento et diminucione magisteriorum nati in quo tempore florebunt et quo debilitabuntur

Ait Ptolomeus quod augmentum et decrementum
magisterii nati scilicet ad sciendum quo tempore
magisterium nati florebit magis et augebitur
et quo tempore diminuetur et debilitabitur
sumitur ex qualitatibus stellarum illarum scilicet magis-
terium significancium secundum comparaciones
quas habent ad angulos in figura nativi-
tatis. Si enim vicinioris angulis illud magi-
sterium

in brevi tempore augebitur. Si remote ab an-
gulis tarde augmentabitur
Item si matutinales fuerint magisterium cito
augebitur si vespertinales non cito.
Item ait Hebemeden comparatis respectu eius
quod significat vita, et planete in omnibus
annis vite, et qui sunt domini anni conoscibus
in vita et pro hec omnia scies quibus temporibus
magisteria natorum erunt florida et augebun-
tur et quibus erunt debilia et minuentur
et hec de nati magisterijs

De coniugijs Caput.

Postea quam premissa sunt de legittimis virorum
ac mulierum coniugijs dicendum est. Nam preter
domos sunt quatuor scilicet horum dicimus de quibus
in tribus capitibus precedentibus, unus de quo
in hoc capite. Et alij de quibus in sequentibus. Et
de servitoribus quorum amor vel odium domino in
capite de amicis et inimicis. De servis autem
speciale capitulum non fecit Ptolomeus sicut
nec de bestijs et hereditatibus quia ad hec
omnia ad diversas pertinent sub diversis
numerantur

A quibus planetis et signis, sumitur pronosticacio de coniugio virorum, et de coniugio feminarum

In virorum coniugijs pronosticandis statum
lune inspicere oportet hora nativitatis sicut
in coniugio feminarum inspicere oportet
statum solis. Si enim in nativitate viri luna
in bono statu fuerit coniugium viri erit bonum Si in
malo malum. Si in mediocri mediocre. Sicut si
in nativitate mulieris sol in bono statu co-
niugium eius erit bonum. Si in malo malum Si in
mediocri mediocre.

De coniugio viri si uxorabitur vel non et in qua etate Regula Prima

Si in nativitate viri luna fuerit in duabus
quartis orientalibus coniugium viri erit in sua
iuventute aut si non copulabitur in iuventu-
te sed in adulta etate copulabitur cum puella.
Si vero fuerit in duabus quartis occidentalibus
coniugium eius erit tardum scilicet in etate adulta
et provecta. et tunc vel cum vetula vel cum
puella. Et si erit in iuventa copulabitur
natus cum vetula. Dixit Hebemedan quod
hic per quartas intelligimus respectu figure
nativitatis. Nam una quarta orientalis est
ab ascendente ad medium celi. Alia a septima
ad angulum terre. Due vero quarte occidentales
sunt una ab angulo terre ad ascendens scilicet
complectens terciam domum. Secunda et ascendens alia
a medio celi ad septimam complectens nonam
septimam et octavam.
Quarte vero orientales secundum modum sunt que
sunt ab hora coniunctionis usque ad oppositionem
et occidentales contrarie scilicet ab oppositione
ad coniunctionem.

Regula secunda ad idem

Si luna fuerit in nativitate sub radijs solis et
cum saturno habuerit in figura societatis et parti:
cipacionem .i. copulacionem sic intelligas non sicut legitur
in commento Hali deficiunt quia repugnaret illi
quod dixi de applicacione lune ad saturnum iuxta
Et addit Hebenreden. vel fuerit in suis dignitatibus
significat quod natus nunquam uxorabitur Racio
horum est dicit Hebenreden quia planete cum sunt
sub radijs perdunt virtutem suam et saturnus dat
in rebus frigiditatem et tarditatem.

Si uni tantum mulieri vel pluribus natus copulabitur Regula.

Si in nativitate viri iam significatum quod
uxori copulabitur scire volueris si copulabitur
cum una sola muliere vel pluribus Inspice
lunam in quo signo fuerit nam si fuerit in sig
no unius figure et applicuerit cum soli pla
nete dum durat in illo signo significat quod
vir ille copulabitur cum una muliere sola
Si vero in signo duorum corporum luna fue:
rit vel in signo multarum figurarum et applicu:
erit plus uno planeta donec durauerit
in illo signo significatur quod natus pluries
uxorabitur. Dixit Habenreden quod numerus
uxorum scitur a numero figurarum signi in
quo stat luna et a numero stellarum signorum

cum quibus coniungitur luna in signo illo in lon
gitudine et latitudine.

De uxore vel uxoris qualitatibus quales natus habebit si erunt bone caste vel impudice et male Regula prima

Si planete cum quibus luna applicat ex coniunctione
et aspectu fuerint fortune tunc nati uxor sive
uxores erunt bone et honeste. Si autem infor:
tune erunt in contrarium .i. male et inhoneste
Ita quod significacio bonarum mulierum est a
planetis fortunis et suis locis et malarum a pla:
netis infortunis et suis locis Dixit Habenreden quod
per hoc intelligis quod si luna fuerit in dignita:
tibus fortunarum erunt sponse meliores. Si in
dignitatibus infortunarum . peiores et si ex hijs co:
miscebitur erit mixtum. Ptolomeus enim do:
cet nos quod significat quilibet planeta per
se et suas componere significaciones simi
ueris compositas.
Si cum Saturno applicuerit luna addit Heben:
reden vel fuerit in dignitatibus suis existen:
do in bono statu, uxor eius erit laboriosa
Et mores eius erunt seculares hoc intellige dixit
Hebenreden. existendo in bono statu. Sed si fu:
erit in malo statu significat quod erit uilis
turpis et praue voluntatis
Si luna applicuerit Jovi erit mulier bone
abstinencie ac boni ordinamenti et modesta
Dixit Hebenreden si fuerit in malo statu

minoratur hoc fexi

Si ad martem aplicuerit erit uxor animosa et iracunda. Sed dicit Hebenrodan si fuerit in malo statu erit meretrix deshonesta et mala.

Si ad venerem aplicuerit erit formosa valde iocosa dicit Hebenrodan. Si fuerit in malo statu minoratur hoc significatum.

Si ad mercurium erit bona intelligens et bonorum verborum intellige si erit in bono statu Namque si in malo dicit Hebenrodan erit deceptrosa et falsa. Notabat idem quod oportet facere directiones lune sicut et aliorum hilegiorum. et quando inveneris quod aplicuit ad radios alicuius planete vel ad aliquam stellam fixarum secundum hoc erit mulier cum qua copulabitur in ipso anno.

Si sponsa nati erit libera vel serua

Dixit Hebenrodan aspice ad planetam significantem coniugium cum fuerit in suis dignitatibus mulier erit libera. Si in dignitatibus alterius planete erit serva.

De condicione uxoris qualis erit.

Dixit Ptolomeus quod si venus applicuerit cum Iove vel saturno, aut mercurio vel in suis dignitatibus dicit Hebenrodan proderit ei in his que ad vitam pertinent sponsum nati amabit et filios. Sed si cum marte fuerit erit devastatrix ac instabilis et non intelligens, i. sine intellectu

De coniugio

De coniugio feminarum Regula et primo Si mulier uxorabitur in iuventute vel in Senectute et si habebit iuvenem vel senem pro marito

Quoniam dictum est quod coniugium feminarum iudicatur secundum statum solis Ideo si sol hora nativitatis fuerit in quartis orientalibus figure nativitatis tunc mulier copulabitur in iuventute cum quo coniugatur si viro indiferenter si iuvene vel sene. aut in senectute coniugetur cum marito iuvene.

Sunt autem quarte orientales in figura due. una que continet decimam undecimam duodecimam domum. et alta que continet quartam quintam et sextam domum. In alta duarum quartarum. occidentalium sol fuerit tunc mulier tarde .i. in senecta marito coniungetur et ille senex sive iuvenis esse potest aut desponsabitur sene in prima iuventa.

Sunt autem quarte occidentales una que continet primam secundam et terciam. Altera que continet septimam octavam et nonam domum in figura nativitatis. Ex his iam precedentibus regulis inferuntur secundum Hebenrodan nonnulle alie de viro et femina simul coniungendis quarum prima est. Quando in nativitate viri et mulieris sol est bona est. in quartis orientalibus ipse et ipsa copulabuntur in sua iuventute vir cum puella et mulier cum iuvene. CC

Secunda regula Quando in nativitate hominis mulieris q viri ambo s. sol et luna fuerit in partibus occidentalibus copulabitur in senectute s. vir cum vetula et mulier cum sene.

Tercia regula Quando luna fuerit in nativitate viri in aliqua quartarum orientalium et sol in aliqua quartarum occidentalium copulabitur vir in senectute sua cum puella.

Quarta regula Quando in nativitate mulieris fuerit luna in aliqua quartarum orientalium et sol in aliqua quartarum occidentalium copulabitur mulier in senectute cum viro et dicit Hebemeodan quod in nativitate sua luna fuit in quarta occidentali et sol in orientali ideo ipse duxit uxorem post 30 annos et uxor fuit puella.

Si mulier habebit unum maritum vel plures Regula

Quando in nativitate mulieris sol fuerit in signo unius figure et in eo planetarum unus tantum matutinalis in coniunctione mulier unum tantum virum habebit dicit Hebemeodan quod si ille planeta fuerit matutinalis vir ille erit puer si vero vespertinalis erit provecte etatis

Si vero fuerit sol in signo bicorporeo vel plurium figurarum et in suo signo participans fuerit et associatus cum pluribus matutinalibus planetis significat quod mulier copulabitur multis viris

Dixit Hebemeoden per hoc quod dixi et illi planete sunt matutinales significat quod erunt pueri dixi sciam si sunt matutinales quia planete qui sunt de hai(z) solis qualis sunt matutinales significant multitudinem s. virorum sicut in nativitate mulierum vespertinales quando se aspexerint cum luna significat multis viris illam uxorari

De qualitate viri seu virorum quales erunt boni vel mali iusti vel multi et similia

Regula prima a statu solis

Si in figura nativitatis mulieris saturnus associatur soli s. de bono aspectu vir eius erit probus et rusticus et laboriosus. Dixit Hebemeodan quod si associabitur de malo aspectu erit oppositum

Si sol habuerit societatem cum Iove erit humilis et magnanimus et liberalis et nobilis cordis

Si cum marte erit crudelis et nullius dilectionis nec humiliabit se

Si cum venere erit probus et formosus

Si cum mercurio in rebus suis proficiet et erit laboriosus Hec autem intelligas existentibus in bono statu

De qualitatibus viri seu virorum cum quibus mulier copulabitur Regula secunda a statu veneris sumpta

Si cum saturno venus fuerit in societatem

habuerit et participacionem .s. vel per coniunctionem
vel per aspectum vel ut subintelligit Heberreodan
in aliis dignitatibus fuerit in nativitate muli:
eris erit vir eius fessus .i. laboriosus et acti:
bus venereis se continebit.
Si cum Jove fuerit vir erit bonus et vestibus ac
verecundus.
Si cum Marte erit acute complexionis et circa
venereos actus valde solicitabitur erit quoque forni
cator.
Si cum Mercurio permanserit circa filios pro:
prios erit valde pius

De stato Si uxor et maritus se mutuo diliget ita quod nunquam disolvetur eorum matri: monium an se odio habebunt quod matrimonium disolvetur Regula prima

Quando tamen in nativitate viri quam mulieris
utraque luminaria .s. sol et luna per bonum se
aspectum aspiciunt scilicet trino vel sextili et ma:
xime si erit coniunctio in bono aspectu .i.
quod non solum luna in nativitate viri aspi:
ciat se bono aspectu cum sole in eadem nati:
vitate sed eciam cum sole in nativitate mulieris
Similiter in nativitate mulieris non solum quod
sol aspiciat se bono aspectu cum luna in eadem
nativitate .i. cum luna in nativitate mulieris
tunc talis constellacio significat amorem

et amiciciam magnam inter virum et uxorem et quod
numquam eorum coniugium separabitur
Quando vero in nativitate viri vel mulieris
sol et luna fuerint discordati .i. quod sint
in signis que adinvicem non concordant vel
in signis oppositis vel quod quarto aspectu se
aspiciunt tunc inter virum et uxorem non erit a:
mor et amicicia sed qualibet occasione di:
solvetur matrimonium. Dicit Heberreodan quod
hoc quod dictum est evenit non solum quando locus
lune in nativitate viri discordatus fuerit
a loco solis in eadem nativitate sed magis
eciam quando cum hoc fuerit discordatus a
loco solis in nativitate mulieris. vir tunc
mulierem illam abhorrebit nec erit firmus
et stabilis cum ea
Similiter mulier abhorrebit maritum et non
remanebit cum eo non solum quando locus solis
in nativitate utriusque discordatus fuerit a
loco lune in eadem nativitate sed magis
eciam quando cum hoc locus solis in nativita:
te mulieris discordatus fuerit a loco lune
in nativitate mariti.

Regula secunda de amore et amicicia inter eos vel odio quando matrimonium erit firmum

Si matrimonium seu coniugium erit firmum
et non disolvetur ut in priori regula dictum est.

et ad luminaria que ad invicem se bono aspectu
concordant fortune radios suos direxerit coniugium
permanebit in utrisque cum amore iocunditate ac
profectu. Si vero aspexerit infortune in malo
aspectu coniugium durabit cum rixis odio ac dampno
dixit Hebenrodan si fortune solummodo testificabuntur
loco solis erit bona voluntas et amor mulieri
et non viro. Si testificabuntur loco lune erit
amor et profectus viro et non mulieri. S
Sic de infortunis si testificabuntur loco solis erit odium
et mala voluntas ex parte mulieris solum et non
viri. Si testificabuntur loco lune erit odium et litigium
ex parte viri et non mulieris. Quando vero
fortune et infortune testificabuntur significa:
cio erit similiter mixta

De coniugio si dissolvetur inter virum et
uxorem virum reconciliabuntur postea et
redibunt in amorem et amiciciam vel non

Regula. Si coniugium non erit firmum ita quod
dissolvatur hoc aspice si fortune testificabuntur
luminaribus tunc coniugium non separabitur nec
destituetur totaliter sed post separacionem reconci:
liabuntur et cum dilectione durabili permane:
bunt. Si vero luminaribus testificentur infor:
tune separacio erit valde litigiosa et fracta
his plena sine reddito et reconciliacione dixit
Hebenrodan debet notare quod si fortune

testificabuntur lune in nativitate viri amor
erit ex parte viri. Si in nativitate mulieris
testificabuntur soli amor erit ex parte mu:
lieris. Similiter si infortune testificabuntur lu:
ne in nativitate viri rixa erit ex parte vi:
ri. Si in nativitate mulieris testificabuntur
soli rixa erit ex parte mulieris.
Et si solus mercurius extiterit cum eis in in:
fortunis significantibus separacionem testificabi:
tur separabuntur (bitur) manifeste et divulgatur
coniugium cum arraspicibus et gucerilis
Si vero cum infortunis fuerit et testificabi:
tur venus separabitur coniugium propter
adulterium vel nigromanciam et factoras et
huiusmodi similia

De qualitate coniugii seu coniunctionis tam
secundum legem quam sine lege puta ex
aliqua fornicacione luxuria et innamoramento
ex venere Marte et Saturno. Et primo a
quibus planetis sumenda est de illo pronosti:cio
Iam dictum est de coniugio quod est secundum legem
quod debet iudicari ex statu lune et solis
de coniunctione vero que est indifferenter tam
secundum legem quam sine lege debet iudicari secundum sta:
tum veneris respectu martis et saturni.
Racio est dixit Hebenrodan quia venus signi:
ficat naturaliter luxuriam.

De coniugio sine coniunctione sine lege Regula
Dixit Ptolomeus. Si mars et saturnus habeat

cum luminaribus participacionis bono aspectu
erit coniugium idoneum et legittimum. est enim inter
venerem et utrumque dictorum planetarum habitudo
quedam. Respectus autem veneris ad martem
demonstrabit uxorem iuvenculam. Habitudo vero
que inter venerem et martem est quia exaltacio
cuiuslibet eorum est in signo triplicitatis alte-
rius. Habitudo vero cum saturno significabit
uxorem vetulam. Est autem habitudo inter vene-
rem et saturnum quoniam utriusque domus est in
signo triplicitatis alterius. Unde dixit Ptolo-
meus venus cum marte absolute qualitates
amoris efficit cum quibus scilicet venere et marte
si Mercurius participacionem habuerit amor
erit publicus. et delectus dixit Heberixodan
Si mars et saturnus cum luminaribus non fue-
rint in bono aspectu. significabit quod erit
in tali coniugio fornicacio et similia. Racio eciam
quod mars est calide et sicce complexionis
venus vero frigide et humide et quando com-
scentur fit mixtio predicta racio ideo figura
ex eis inamoramentum significat.

Ad idem Regula secunda.

Si ut supra dictum est venus in figura habu-
erit participacionem cum marte et fuerit in
signis utriusque coniunctis scilicet in quibus ambo
habuerint dignitatem sicut ~~pisces~~ piscis

ubi est triplicitas martis. et capricornus ubi
est triplicitas veneris. ita quod unus sit in
capricorno alter in piscibus significabitur quod
coniunctio luxuriosa erit cum sororibus et con-
sanguineis

Regula tercia Si in nativitate viri venus
et mars fuerint in signis quibus ambo partici-
pacionem habuerint et aspexerint se cum bona
vir ille iacebit cum duabus mulieribus que
sint sorores vel propinque
Si vero in nativitate mulieris aspexerint se
cum sole significabit quod iacebit cum ipsa
mulier viri duo qui sint fratres vel propinqui.

Regula quarta. Si cum saturno venus participa-
cionem habeat in figura coniunctio erit idonea
et longo tempore durabit. Racio est dixit Heberneodan
quia venus est femina et saturnus masculus
et eius complexio contemperatur cum ea.
Est eciam inter eos participacio quia libra
domus veneris et est triplicitas et exaltacio
saturni et capricornus etiam est domus satur-
ni et triplicitas veneris. Ideo saturnus cum
venere contemperatur maiori temperamento quam
temperamentum martis Iovis et veneris quia
domus martis sunt opposite domibus veneris et addit
Ptolomeus quod si cum venere et saturno
mercurius participacionem habuerit erit ista
coniunctio eis cum utilitate. Racio est dixit
Hebemeodan quia domus mercurii sunt in keine

domorum veneris et saturni. Si vero venus parti:
cipat cum saturno habuerit participacionem eciam
cum marte coniugium non erit firmum et nocebit
eis.

Regula quinta de statu viri et mulieris
quando coniunguntur in matrimonio.

Si venus fuerit in suis dignitatibus mulier
viro contemporanee sibi copulabitur.

Regula sexta ad idem

Si venus fuerit
orientalior saturno marte et mercurio in
nativitate mulieris mulier desponsabitur
viro iuniori ea. Et in nativitate viri si:
gnificat quod vir copulabitur mulieri iu:
niori eo. Sed vero venus fuerit illis occi:
dentalior erit econverso scilicet mulier copula:
bitur viro antiquiori ea et vir mulieri
seniori eo

De coniunctione inter propinquos nefanda

Regula prima

Si venus et saturnus in
signis sibi convenientibus coniunguntur ut capri
cornus et libra erit coniunctio inter consangui:
neos. et sic in nativitate viri aspiciet si
bona participacionem habet cum venere et mars
cum venere et saturno et hoc acciderit in ascen:
dente vel medio celi significat quod vir ille
cum matre sua vel noverca sua matertera iace:
bit. Et si cum hoc acciderit in nativitate mu:
lieris iacebit mulier illa cum prole propria
vel filio sive sororis sue cum genero

De eadem nefanda coniunctione regula secunda

Quando scilicet pre statu veneris quod coniunctio
erit inter propinquos et invenies quod sol partici:
pat et fuerint planete significatores in occide:
te talis constellacio in nativitate viri significat
quod vir iacebit cum filia sua vel cum filia fratris
sui aut cum muliere sui filii. Et in nativitate
mulieris quod iacebit cum patre suo aut cum pa:
truo scilicet fratre sui patris vel cum marito sue matris

Regula tercia

Quando venus participacionem
habuerit cum saturno vel marte vel ambobus
et acciderit quod sit venus in signo alterius
natorum ab eo in quo sunt infortune et fo:
erint loca in quibus stat venus feminina
significat quod natus erit magne luxurie
et fornicacionis et omnibus modis aget
et pacietur in actibus venereis.

Et si significatores isti fuerint cum aliqua fi:
gura stellarum fixarum talis libido nefanda
erit maior natus in venereis actibus turpi:
ter delectabitur nam vir iacebit cum viro vel
cum muliere turpiter vel mulier vellit quod
vir iaceat ab ambabus partibus corporis eius et
quod ipsa similiter cum aliis mulieribus iaceat
fricans eas.

Sunt autem hec figure principia leonis et ari:
etis. necnon quod est similis huic [symbol] cor:
nus una stellarum [symbol] aldebaran appellatur
Est eciam illud quod greci vocatur calcas et
est finis [symbol] facies quoque [symbol] inter caudas fi:
gurarum numeratur.

Et si in ista quam constellacionem predicta si:
gnificatores fuerint in duobus suis angulis

qui sunt ascendens et decima natus in suis
actibus venereis nefandis erit manifestus et
revelabit eos in locis publicis.
Si autem significatores fuerint in ultimis angulis
qui sunt occidentalis .i. septima et septentriona-
lis .i. angulus terre erit natus corruptus et
variabit calamo distinguet voces aut erit ste-
rilis vel sine foramine virge.
Et quando cum hoc .s. cum significator erit quod erit ca-
stratus vel eunuchus et mars testificabitur eis
si vir fuerit eius virga cum testiculis abscinde-
tur. Si vero femina valde profunda erit sua
muliebria.

De nato solum qui est masculus si erit in luxuria modestus vel immodestus Regula prima

Ait Ptolomeus quod in masculinis nativitatibus qua-
litates naturarum in actibus venereis ex marte qua-
liter oportet investigare. Itaque cum mars separatur
a venere vel saturno et iupiter testificatur ei
natus erit in coitu mitis et non immundus nec
veneri militabit nisi quantum natura expedit.
Quando vero separabitur a iove et venere et
fuerit concordatus cum solo saturno significabit
quod natus erit multum piger et frigidus in lu-
xuria nec rem appetit. Quando vero idem
mars participationem habuerit in figura cum
venere et iove natus ille magnam habebit
luxurie voluntatem. Semper tamen modo eodem
gerit et coercebit a turpibus eam et immodicis
sibi cavebit.

Regula secunda. Si mars soli veneri se adiunxe-
rit aut cum solo Iove et non testificabitur saturnus
.i. absque aspectu saturni natus magnam voluntatem
stupri habebit et delicias undique cupiet.
Sed si alter eorum .s. veneris aut martis vesper-
tinalis alter vero matutinalis fuerit natus
equaliter diliget coire cum viris et mulieribus
nec usque solicitabitur in uno quam in alio et
idem sciam esset et ait haberreoden quando ve-
nus esset in signo masculino et altera in signo
feminino. Si vero utraque .s. tam venus quam
mars fuerit vespertinalis natus ad mulieres
tantum multum inclinabit. Idem erit si ambo fuerint
in signis femininis. Et si cum hoc signa fuerint
feminina ipse forsitan ad turpes actus suppo-
netur ita quod patietur fieri de corpore suo quod
facit de mulieribus.
Si vero utraque dictorum planetarum .s. martis
et veneris matutinalis extiterit natus cum pu-
eris amabit coire solummodo. Idem quoque fiet
et ait haberreoden si signis fuerint masculinis
et si cum hoc fuerint mars et venus in sig-
nis masculinis natus solicitabitur circa
masculinos omnibus modis. Altera littera habet co-
nverso status fuerit
Quod si venus marte occidentalior fuerit
exercebit actus venereos cum vilibus mulieribus
eam ancillas et eis similibus. Idem ait ha-
berreodan sive venus erit in figura debilior
marte. v.g. si venus fuerit in signo decli-
nati

Et mars in 9ª ascendentis oportet enim quod ex
his que dixit Ptolomeus que sunt radices et regule
quasi generales tu reliqua intelligas
Si vero mars occidentalior venere existat in-
crescit (?) capiet et cognoscet nobiliores se aut ma-
iestatem erit sua domina. Idemque fit si
mars debiliore loco fuerit in figura.

De nato qui est femina qualis erit in actibus venereis modesta et inmodesta et turpis regula

Ait Ptolomeus quod in femineis actibus in
hoc capitulo observanda est venus et eius …
… Si venus est in figura Jovi et mercurio
associetur erit mulier in coherendo multis et
modesta
Si vero soli Mercurio venus associetur absque
Saturni participatione magnam habebit cor-
dis voluntatem sed refrenabit se in maiori parte
et verebitur turpes coitus postponere
Si cum marte solo fuerit scilicet coniuncta vel si
in figura associetur scilicet per aliquem aspectum
venereos actus multum exercebit et maximam
voluntatem exercendi habebit.
Si vero stante participatione veneris cum mar-
te et Jupiter participationem habuerit cum
eis et marte tamen existente sub radiis
in ipsis debiliore mulier habebit rem cum ser-
vis et miseris hominibus vel cum extraneis
sui generis et pauperibus in sua stirpe.
Si vero venus et non mars extiterit sub ra-
diis. ita quod venus sit in hoc statu marte
debilior iacebit et meretricabitur cum alicui(bus)
ra

vel cum suis dominis. Et si hi planete scilicet venus
et mars fuerint in locis vel signis femininis
sicut quando vespertinales in centris cadentibus et
in signis femininis significant quod mulier
sollicitabitur multum in coitu horum. Sed si planete
fuerint masculini in signis et centris masco-
linis in contrarium mulierem valde conversa-
bitur. Et si Saturnus statibus predictis associe-
tur et erit femininus mulier erit sordi-
da in turpi libidine exercebit. Sicut iace-
re ex parte posteriori et fricare se cum aliis
mulieribus vel instrumentum sibi facere simile
membro virili sit aut status predicti sint scilicet
in participatione veneris cum marte.
Et si Saturnus orientalis fuerit et masco-
linus et concordaverit se cum venere et mar-
te in quolibet illorum statuum quos diximus
significabit quod mulier in solario in loco
alto stoparum (?) affectabit vel viros quos ex so-
lario aspexerit adamabit.

Regula generalis communis tam viris quam mulieribus circa predicta

Si Jupiter venere et marte in nativitate
mulieris vel viri aspexerit impedimenta
hec lexuriis (?) in malicias et turpitudines
Si vero mercurius aspexerit augebit turpi-
tudines predictas et deteget eas

De filiis caput et primo a quibus locis filiorum pronosticacio sumenda est

Communicans (?). ut post matrimonium de filiis ser-
mo fiat cum ad matrimonium filii sequantur.

et his quaternario domus completur. pronosticacio
aut et iudicium de filijs erit Ptolo. Sic est adin-
veniendum videlicet aspice planetas existentes
in loco scilicet Zenith capitum medium celi i. in decima domo
aut in loco sequenti i. undecima que est domus
fortune vel in loco qui his in figura associatus
existerit sicut est ascendens et septima quia utraque
earum participat cum decima et undecima et si in his
locis non inveneris planetas aspicias domus que
eis diametraliter opponuntur scilicet quartam que opponitur
decime et terciam que opponitur undecime

A quibus planetis sumendum est iudicium de filijs Si natus habebit filios vel non habebit

Planete autem a quibus iudicium sumendum est de fi-
lijs sunt sex. quorum tres sunt dantes filios
scilicet luna iupiter et venus / tres vero denegan-
tes aut paucos dantes, sicut sol, saturnus et
mars. Mercurius vero si cum fortunis participacio-
nem habuerit erit fortuna si cum infortunis
infortuna et quando fuerit in aliquo ex lo-
cis filiorum et fortunarum significat filios
si infortunarum econtra vel mortem eorum.

Quando natus Habebit filios

Quando luna Iupiter aut venus fuerint in
decima vel undecima domo aut in loco parti-
cipante cum eis, aut in quinta vel quarta tunc natus
habebit filios. Si vero in predictis locis infor-
tune fuerint sicut mars saturnus et sol
et steriles fuerint significat quod natus aut
nullum habebit filium aut si habebit erunt debi-
les et pauci. Mercurius autem si fuerit orien-
talis

existens in locis filiorum dabit filios. Si occidenta-
lis existerit. significat filios non habere ex his
sequitur dicit Zebenrodem quod si in locis filiorum
fuerint fortune et infortune simul significabit
dare filios et auferre postea.

Si natus habebit filium unum vel plures

Regula prima. Si planete dantes filios qualis
est Jupiter luna et venus fuerint soli ego intelli-
gerem i. solus unus ex his in locis filiorum sed
Zebenrodan exponit soli i. quod non sint in decima
vel decima vel undecima neque in quinta aut quarta
non significabit filios sed tantum unus erit fi-
lius ei. Si vero predicti planete dantes fili-
os fuerint in aliquo locorum filiorum et in signo
bicorporeo et feminino filij erunt duo sed erunt
femine. Ergo si in signo unius figure fue-
rit planeta dans filios significabit unum
filium. Et si in signo masculino significa-
bit masculum. Si in feminino, feminam.

Regula secunda Si planeta dans filios fuerit
in domo aliqua filiorum et signo multorum fi-
liorum sicut pisces cancer et scorpius natus
plures habebit filios puta duos vel plures

Si natus Habebit filium vel filios masculos filiam vel filias feminas Regula.

Si planeta dans filios existens in loco fili-
orum fuerint in signo masculino et in signis

et signis masculinis respectu solis et matutinalis et in quarta masculina, quod nascetur erit masculus. Si vero in signo feminino et in signis femininis et occidentalis et in quarta feminina id quod nascetur erit femina absque dubio

Quando natus habebit filium vel filios et morientur Regula. Si super planetas dantes filios et significantes unum filium vel magis uno aliqua infortuna elevata fuerit et fuerint in signis sterilibus sicut leo et virgo nascetur ei filius et non durabit erit enim infortunatus et infirmus ac morietur, non propter fortunas habebit propter orientes infortunas morietur

Quando natus non habebit filios. Si sol et infortune sicut saturnus et mars dominatur in predictis locis scilicet decima, undecima, prima, septima, quarta et quinta. Similiter et mercurius quando est de natura infortunarum vel occidentalis et fortune non respexerint. hoc significat quod non erit ei filius. Et si infortune existant in signis masculinis vel sterilibus licet aspiciant eos infortune, eum nullum filium habiturum significabunt. Pro hoc dictum dixit Hebemcodan innuit Ptolomeus quod signa masculina significant paucos filios et feminina multos. Si vero predictus sol et infortune in predictis dotati locis fuerint in signis femininis vel multorum filiorum aut testificate fuerint eis fortune, significabunt eum habiturum filium qui in adversitatem aliquam patietur vel qui brevi vivet tempore.

De qualitate et condicione filii seu filiorum et primo si filii abhominabuntur ab hominibus vel diligentur

Si due fortitudines planetarum scilicet dancium filios et planetarum auferencium habuerit dignitatem in signis et locis dantibus filios significabit quod omnes filii vel pars eorum erunt abhorribiles et quale debet inspici fortitudo planetarum super alios et testificancium cum fortitudini magis quam alteri. Cuius autem maior est sedes planetarum multitudinis vel sedes maioris auctoritatis aut in suo situ respectu mundi ut quod sint orientales aut respectu nativitatis vel propiores angulo seu circulo vel ad angulos ascendentes et hoc idem dixit Hebemcodan quod planeta dans filios et auferens participant in figura quod habeant dignitatem in signis habentibus filios. Et planeta dans testificatur auferenti in aspectu habuerit filius erit abhorribilis et dilectus. Si vero planeta auferens non testificatur filius erit dilectus. Similiter si testimonium auferentis fuerit contrarium significabit mortem filii

Si filius erit nobilis potens et magnanimis seu existimacionis vel miser et ignotus regula. Aspice gubernatorem seu dispositorem loci planetarum dancium filios et si fuerit fortis et orientalis in locis sibi propriis.

filius erit potens et magnanimus. Si vero acci:
dentalis in locis sibi contrarijs sibi et hoc si:
militudini natus erit miser et ignotus

Si filius a parentibus diligetur et eorum heres efficietur an filius odio habebit patrem nec eis in hereditate succedet

Regula Quando gubernatores seu disposi:
tores loci planetarum dantium filios alligatur
hore .i. ascendenti et parti fortune. et quod
se aspiciant de trino vel sextili vel quod sit
de hayz .i. similitudinibus convenientibus filius
usque quo ducet uxorem remanebit et a pa:
rentibus diligetur et eorum heres efficietur
quod si predicti planete non se concordaverint
cum ascendente nec cum parte fortune convenienti
concordia vel fuerint in locis contrarijs. vel
fuerit ascendens parti fortune contrarium
filius erit litigator et in parentes suorum o:
dium accumulabit, et eos male tractabit nec
eos in hereditate succedet. Dixit Abenragel
quod ptolomeus dedit duas regulas contrari:
as et sanamus medioctes ut hab duas

De filijs si se adinvicem diligent vel non: Regula

Quando planete datores filiorum convenienter
in figura adinvicem associantur et se concor:
daverint in participacione convenienti filij eius
se adinvicem et mutuo diligent ac honorabunt
Sed si non colligantur .i. non bono aspectu se
aspiciant vel in in opposito sive per diametrum
constituantur. filij erunt ut se inimici

illator et auctor adversitatis et mali alteri

Quomodo particularia filiorum per patris nativitatem scire possumus

Concludit Ptolomeus quod res particulares fi:
liorum per existimacionem deprehendi possunt
cum planeta datore, filiorum in loco ascendentis
possessoris. tunc etiam cuncta filiorum particu:
laria generaliter agnoscemus quemadmodum ex
nativitate s. filiorum sciuntur et in princi:
pio huius libri in capite de parentibus
dicebatur et de fratribus. Et hoc est mira:
bile propter hoc quod sciri potest quod nativi:
tates semper se concordant una cum alia et
discordantur in particularibus rebus

De amicicijs et inimicicijs societatibus et discordijs seu remocionibus caput et primo a quibus locis et planetis de amicicijs et inimicitijs sumendum est iudicium

Pro dicendis primo intelligendum est quod a:
mor est duplex aut temporis parvo durans
ut aliquos et vocatur societas seu applica:
cio aut longi temporis et durabilior vo:
catur amicicia. Ita duplex est abhorren:
cia et odium aut parvi temporis et vocatur
discordia seu expulsio. aut longi et durabi:
lioris temporis et vocatur inimicicia.
Dixit igitur Ptolomeus. quod huiusmodi
qualitates s. amicicie et inimicicie socie:
tatis et discordie. quas in rebus maioribus
consideramus a quatuor locis principalibus
et habentibus maius dominium et potestatem

in utriusque nativitate videlicet locum solis locum lune
ascendentis et partis fortune nos observare
necesse est.

Regula de firma amicicia et firma inimicicia

Si quatuor hec predicta scilicet locus solis locus lune
ascendentis et partis fortune in duorum ami-
corum nativitatibus omnia vel pars eorum in
eodem loco fuerint, verbi gratia quod locus solis
unius sit idem locus solis alterius et locus
ascendentis unius sit idem locus ascendentis
alterius et locus lune unius locus lune alte-
rius. Similiter pars fortune aut ultra loca
ista quatuor commutaverint hoc est quod locus
solis unius sit locus lune alterius et locus lu-
ne unius locus solis alterius. et locus ascen-
dentis unius locus partis fortune alterius.
et locus partis fortune unius ascendens alterius
maxime aut cum inter utrosque ascendentes sit elon-
gacio et distancia tantum decem scilicet gradum
amor et amicicia inter eos erit firma que
nec separabitur nec turbabitur.
Si vero quatuor predicta fuerint in locis que
ad invicem colligantur simplex omnia vel maior
pars eorum vel in locis que diametraliter oppo-
nantur semper discordabitur vel longo tempore
sibi invicem adversabitur. Michi videtur
quod per loca que non colligantur ad invicem
intelligat loca que nullum ad invicem habent
aspectum

De societate et discordia idest amicicia parvi temporis Similiter inimicicia parvi temporis Regula

Si predicta quatuor in eis eadem non fuerint signis
in utriusque nativitate nec loca commutaverint
ut predictum est Sed solummodo extiterint in si-
gnis ~~in utriusque~~ nativitate que invicem associa-
tionem participacionem in figura seu aspectum
habuerint, Signa enim que participant sunt
in figura sunt que de opposito trino vel quarto
aut sextili se aspiciunt. Cum si sese aspexerint
de trino vel sextili quod locus solis in nativi-
tate unius sit in trino loci solis nativitatis
alterius. et locus solis in nativitate unius sit
in sextili loci nativitatis alterius. Et sic de
aliis tribus scilicet loco lune partis fortune et ascen-
dentis. erit dilectio et amor seu amicicia
inter eos minor quam si essent in eodem loco vel
in locis mutatis. Si vero se aspexerint de quarto
vel quod locus solis in nativitate unius sit in
quarto loci nativitatis alterius. Et sic de aliis
tribus scilicet loco solis ascendentis et partis for-
tune, discordia et inimicicia inter eos erit mi-
nor quam si essent contrarii in ambabus nativita-
tibus vel quod non se aspiciant declarat autem Pto-
lomeus quomodo amicicia erit minor stante pre-
dicta configuracione et inimicicia seu discordia
minor et erit ita quod quandoque in eorum dilectione
velbonum ab scissiones intercident et se alternatim
paenitebunt. In discordia vero pax. et

et concordia cuiusdam erit et in hoc dat causam et regulam ut sequitur.

Quando inter amicos provenit discordia et quando inter inimicos concordia et pax et hec unde proveniat Regula

Ait Ptolomeus quod cum scire volueris quo tempore in amicicia debili continget discordia aspicere oportet quando infortune transeunt per loca significantia amicicie. Sed si erit amicicia firmata ut dictum est in prima regula non poterunt eam auferre. Similiter quando scieris quod inimicicia est inimicos debilis per precedentem Regulam et inveneris aliquo modo quod fortune transeunt per loca inimicicie judicabis quod inimicicia ipsa convertetur in amorem et pacem

De variis amicicie speciebus similiter et inimicicie et earum causis et ad sciendum que species amicicie et inimicicie erit inter aliquos Regula.

Dixit Ptolomeus quod modi seu species amicicie sunt tres sicut et inimicicie. Unus quidem est ex nativitate et ex propria natura et complexione naturali et propria voluntate. Alter propter lucrum commune et dampnum. Alius propter rem seu tristiciam communem et gaudium. Ideo de hiis diversis speciebus ponentur regule

Regula prima universalis de omnibus modis amicicie et inimicicie

Cum omnia prefata loca scilicet solis lune ascendentis et partis fortune vel plurima eorum assimilabuntur ad invicem et acordata fuerint amicicie congregabuntur ex hiis tribus speciebus.

Si autem omnia predicta loca vel earum plurima non convenerint ita quod erunt contraria vel non se aspiciant aliquomodo ut supra dictum fuit inimicicie ex eis colligentur omnium specierum

Regula secunda de prima manerie seu specie amicicie et inimicicie que versantur circa voluntatem et propriam complexionem

Si tantum duo loca luminarium in duabus nativitatibus acordata fuerint et convenientia ea quam supra dixi inde necessaria procreabitur dilectio que vera et firma amicicia dicitur in qua maxime confidendum est. Si vero eadem luminarium loca discordata fuerint in ambabus nativitatibus et vel contraria vel quod se non aspiciant inimicicia necessaria et quantum potest esse deterrima et que numquam cessabit inde nascetur.

Regula de secunda specie amicicie seu amoris et inimicicie

Quando loca partis fortune cum duabus nativitatibus acordata fuerint erit inter eos amicicia propter lucrum et utile et eorum quod habebit unus de alio. Quando vero fuerint eadem loca discordata fuerint et contraria vel nullo se aspectu aspiciant erit inter eos inimicicia propter dampnum quod eveniet uni ab altero.

Regula de tercia specie amicicie et inimicicie.

Quando ascendens unius concordaverit cum ascendente alterius erit inter eos amicicia propter gaudium et commune inter eos delectionem. Si vero eorum ascendentia discorda fuerint

DD

discordaverint erit propter rea et tristicia inter eos inimicitia

De fortitudine et debilitate predictarum amiciciarum et inimiciciarum Si erunt fortes et potentes vel debiles

Oportet dicit ptolomeus inspicere modos fortitudinis quorum locorum predictorum in quibus hec figure societas existit planetas qui elevantur super ipsa et qui ea aspexerint. Itaque si in nativitatibus planete qui fuerint super loca principalia exaltati acciderit quod sint in uno signo vel circa in ambabus nativitatibus et illi qui sunt in nativitatibus unius fuerint in uno signo et quod elevantur ab signo in quo stant planete in nativitate alterius. Tunc si fortes tales planete fuerint potentes et concordati erit amicitia fortis et potens Si vero discordati et in precedentibus equalis dicebatur erit inimicitia fortis et potens.

Si vero debiles. ita debilis amicitia vel inimicitia erit. Amplius oportet considerare planetas aspicientes loca predicta principia in ambabus nativitatibus accidit quod sint in signo uno vel circa vel quod illi qui sunt in nativitate unius sint in signo quod elevatur ad locum signi in quo stant planete in nativitate alterius et fortes fuerint secundum unam vel secundum nativitatem significabit secundum equalis predictas amicitia. Ita quod loca predicta principalia concordata fuerint amicicia erit fortis et potens. Si vero debiles amicicia erit debilis Ita de inimicicia forti vel debili dicantur

Quomodo temporanea et momentanea amicicia cognoscitur Similiter et inimicicia quanto tempore durabit Regula

Dicit Ptolomeus: quod amicitia et inimicitia communis que ad tempus est et in quibusdam horaria immo etiam momentanea deprehenditur per planetarum modos et per tempora in quibus hyleg unius nativitatis veniens a locis stellarum illius nativitatis scilicet directionate vel profectionate pertransit ad loca stellarum nativitatis alterius. Itaque secundum hoc erunt amicicie et inimicicie particulares. Dicit Hebenrodan declarans verba hec ptolomei. quod amicicia et inimicicia que parvo tempore durat dicitur conduari in duabus nativitatibus per hyleg utriusque nativitatis ita quod quando applicuerit hyleg unius ad talem locum qualis stat in nativitate alterius vel ad locum qui se concordat cum eo Si fuerit ibi concordancia accidet amicicia particularis. Si fuerit discordancia et contrarietas accidet inimicicia particularis Et subrogat Ptolo. de tempore quo durare potest amicicia et inimicicia ista temporalis quod brevius tempus quo durare potest huiusmodi amicicia particularis que dicitur societas vel inimicicia est tempus quo movetur hyleg tempus vero maius quo durare potest est a tempore quo applicat motus hylech nativitatis unius ad locum qui se concordat cum alio tali sicut ille in alia nativitate et donec applicet ad

ad aliud planetam qui ipsum abscondat

De amiciciis et inimiciciis ob varias causas ex particularibus planetarum significacionibus

Saturnus igitur et Jupiter. Si unus eorum fuerit Hilech in nativitate unius et alter in nativitate alterius et alter eorum ad alterius locum pervenerit indicabunt amiciciam inter eos ex agricultoribus et hereditatibus. Dixit Heberneodan Saturnus et Jupiter significant eum taliter quia sunt ambo concordes ambo enim masculini et de haiz diurno et quia domus adrabibet eorum est in sextili domus alterius.

Saturnus Item et mars cum alter alterius locum optinuerit spontaneas rixas et discordias inter eos fabricabunt Racio est dixit Heberneoden. quia sunt contrariarum complexionum. Saturnus vero et venus cum alter eorum ad alterius locum pervenerit dilectio et societas causa consanguineorum procreabitur preter quia certissime terminabitur.

Racio est dixit Heberneodan propter concordanciam coniugiorum que est inter eos. Ideo accidet societas pro parte parentum sed celeriter abscindetur. quia unus est fortuna et alter infortuna. Saturnus et mercurius quando alter ad alterius locum pervenerit societas eorum et consilium erit in rebus vite, nec non dare et accipere ac mercari significabunt dixit Heberneoden Racio est. quia domus utriusque eorum est trinus domus alterius.

Jupiter et mars si eodem modo se habebunt ut de aliis dictum est Societas et amor procreabitur inter eos racione dominacionum vel alterius dominii seu gubernacionibus Racio est dixit Heberneoden. quia domus utriusque eorum est in trino domus alterius. Jupiter vero et venus significant quod se adamabunt causa mulierum vel causa divini servicii et ecclesiarum vel propheciarum Racio est dixit Heberneoden. quia domus utriusque eorum est in sextili domus alterius Similiter quia venus habet in piscibus magnum posse que est domus Jovis. Jupiter et mercurius adiobabunt spontaneam societatem causa dialectice scienciarum et prophecie. Racio est dixit Heberneoden quia mercurius animam conatory significat

Mars et venus associabunt eos ex adulterio vel fornicacione aut sodomitico scelere sed parum durabunt in tali societate quia unus eorum est fortuna alter infortuna

Mars et Mercurius significabunt inimicias deceptiones et rixas causa mercantacionum et nigromancie. Racio est dixit Heberneo:. quia mercurius significat decepciones et falsitates et quando commiscetur cum marte fiet infortuna. propter hoc ab eis nullum bonum provenit.

Venus denique et mercurius adiuvant inter ipsos Societatem causa magisterii in rebus vite vel musice seu librorum vel causa mulierum.

Racio est dixit Heberneoden. quia mercurius in:

inclinatur ad naturam planete cui applicat et significat sublimitate ex forte de numero et arithmetica. Venus autem significat omnem rem preciosam et delectabilem et que conveniunt eorum nature in amicicia et inimicicia erit illud racione aliquorum illarum rerum quas dixit Ptolomeus.

De augmento et decremento comunis seu contemporalis amicicie vel inimicicie

Ait Ptolomeus quod augmentum vel decrementum amicicie vel inimicicie comunis deprehenditur ex qualitatibus seu statibus locorum. s. per directionem vel profectionem provenientibus respectu quorum primorum locorum. Sive hilegiorum quorum est dominium et potestas. Nam quando per directionem vel profectionem pervenerit ad aliquem angulum nativitatis alterius vel parte fortune illius vel ad locum alicuius duorum luminarium erit sua significatio manifestior et per magis publica. Si autem ab eis angulis et parte fortune et duobus luminaribus remoti manserint nequaquam apparebit significacio

De iuvamine et nocumento amicicie vel inimicicie

Ait Ptolomeus quod iuvamina et nocumenta amicicie et inimicicie cognoscuntur secundum proprietatem status convenientis vel inconvenientis bonorum vel malorum planetarum seu stellarum predicta loca. s. que significant amiciciam et inimiciciam respicientium.

De servorum amore vel odio erga dominos

Iudicium de servis si diligent suos dominos vel odio habebunt sumi et haberi potest a signo quod est in domo infortunii seu laboris. s. duodecima domo ex concordancia naturali quam habent planete ad invicem qui locum illud in ipsa nativitatis hora respexerint vel in ipso eodem loco seu in eius opposito fuerint maxime autem si planete qui signo illi duodecime domus dominantur convenerint cum locis dominii et potestatis eorum. s. ferorum in societate figuracionis vel si fuerint eiusdem generis cum eis dixit habenmeden quod errant dicentes sextam domum esse domum servorum. Ptolomeus enim eiecit inutiles socios suos quod est sub terra. et duodecima domus et maioris utilitatis quam sexta. Ideo convenit quod sexta domus significet solummodo bestias. et quando de servis habere nativitatem cognitam potest aspici participacio que est inter suum hilech et hilech domini sui iuxta reglas ptolomei in capitulo isto de amicicia et inimicicia.
De servis autem aperte per se ptolo: non fecit quia servi includuntur inter divicias quia sunt partes diviciarum. Ex quo patet quod intelligit de servis emptis

De peregrinacionibus et itineribus caput et primo a quibus planetis atque locis de peregrinacionibus sive itineribus iudicium sumuntur astronomicum

Dixit Ptolomeus quod peregrinaciones et itinera-

ex qualitatibus seu statibus luminarium respectu
angulorum dependentur et perfectius ex statu lu-
ne. **Si natus faciet peregrinaciones a pria vel itinera a patrio solo necne. Regula**

Si luna occidentalis extiterit .i. in occidente vel re-
mota fuerit ab angulis .i. fuerit in locis cadentibus
ab angulis aut in quartis cadentibus significabit
quod natus mutabit se de uno loco ad aliud .i.
quod itinera et peregrinaciones faciet.
Similiter si mars occidentalis fuerit .i. in occidente
vel a zenith capitum declinaverit .s. a decima
.i. in tota quarta cadenti que est septima domus
octava et nona et si fuerit in quarta solis et lu-
ne vel in opposicione eorum significabit quod na-
tus itinera faciet. Ait Hebenrodan quod mars
concordat uno modo cum luminaribus quia cancer
quod est domus lune est nonus a scorpione domo
martis. et leo quod est domus solis est nonus
scilicet ab ariete quod est domus martis. Sed alio
contrariantur quia aries est in quarta cancri
et scorpio in quarta leonis. Dixit Hebenrodan quod
docet Ptolomeus quod loca dancia itinera sunt
occidens scilicet septima octava et nona domus et quatuor
loca cadencia ab angulis preter angulum occidentis.
Addit Ptolomeus quod si significatores itineris
fuerint solis luna et martis invicem in locis
itinerum et invicem similiter parte fortune in
locis istis tota nati vita erit in terris extraneis
et alienis. Ex his dicit Hebenrodan infertur
Regula quod si duo lumina. et mars. et pars.

fortune fuerint in locis aliis non dantibus itinera
nunquam natus ille ibit itinera nec de loco suo exi-
bit et si ex eis fuerit in locis itinerum et ex
eis in locis morae natus secundum hoc itinerabit.

De peregrinacione nati si erit proficua et utilis ac brevis an laboriosa et nociva atque longa

Si fortune aspexerint loca significatorum itine-
rum vel vadant ad ea proprio motu suo aut se
ponat in suo situ per motum equinoctii. V. g.
ita quod significator sit in nona domo et for-
tuna in decima. Nam hoc modo fortuna vadit
ad locum significatoris ea que in peregrinati-
onibus operabitur erunt idonea et proficua et ipsius
redditus a peregrinacione erit festinus.
Si vero infortune ea loca aspexerit .s. significa-
torum itineris vel vadant ad ea vel sequantur ea
per equinoctium sive per motum proprium infortu-
ne significat quod itinera erunt cum labore et
opera que in illis faciet erunt laboriosa et no-
civa et plena periculis tardeque ex peregri-
nacione revertetur. Ait Hebenrodan ex his que
docuit ptolo: .s. res dantes fortunam in itineribus
et infortunium intelligere possumus quod si fortune
et infortune commisceantur significacio et iudicium
erit mixtum et que forcior erit vincet.

De quantitate fortunii vel infortunii in itineribus contingencium cognoscenda

Dixit Ptolomeus quod hoc cognoscitur ex commixtione

planetarum qui in his locis s. significatorum itinerum associentur in figura. planetarum fortunarum et infortunarum secundum vero quod operabuntur de quo in preteritis capitulis dictum est. et eciam quomodo de tempore scia cognoscemus

Versus quam partem natus itinera faciet

Quando luminaria in aliqua duarum quartarum orientalium fuerint frequentius natus faciet iter versus partem orientis et meridiei. Sunt autem quarte orientales medietas celi quarum una quarta est decima hoc undecima et duodecima. Altera est ascendens secunda et tercia. Si vero fuerit in aliqua duarum quartarum occidentalium vel eciam in ipso eodem occidentis angulo iter erit versus septemtrionem et occidentem. Dixit Hebenrodan quod similiter si significatori itinerum applicuerit aliquis planeta septemtrionalis sicut est Jupiter significabit partem septemtrionis.

Si applicuerit ei planeta Meridionalis sicut venus significat partem meridiei.

Si applicuerit planeta occidentalis sicut mars significabit partem occidentis.

Si planeta orientalis ut saturnus significabit partem orientis et sol adiuvat in partibus orientalibus luna vero in occidentalibus. et dixit expedit ut omnes res istas misceas unam s. cum alia et tunc scies pro certo versus quam partem abibit vel exibit itinera.

Si iter vel peregrinacio erit intermissa vel continua et durabilis

Si signa que peregrinacionem significant quibus

stant significatores itinerum vel eorum domini et planete ipsa gubernantes fuerint unius forme seu figure iter fiet aliquo tempore. Si vero fuerint duorum corporum vel duarum figurarum erit iter continuum et diu durabile. Que sint signa unius figure et que duarum iam supra dictum est

Scire autem oportet qui sint planete unius figure et qui duarum pro quo sciendum quod venus mars et saturnus sunt unius figure. Jupiter et Mercurius duarum. Et ideo dixerunt quidam astronomi ut Albumazar quod Jupiter significat legem in qua est binitas vel trinitas Saturnus vero legem in qua est unitas. Potest eciam dici planeta unius figure si fuerit in signo quod est unius figure. Et erit duarum figurarum si fuerit in signo duarum vel quod aspiciat se cum plus uno planeta vel quod sint inter duo signa. vel inter duos gradus. Et similia.

Si in itinere erit periculum vel non particularius ex planetarum significacionibus cognoscere Regula

Ait Ptolomeus Si Jupiter et venus locis iter significantibus ac locis luminarium dominentur nullus erit timor aut periculum in itinere et erit delectus eo quod legationem fortem faciet causa dominorum suorum patrum et amicorum Et erunt habilitas et multitudo rerum expediencium si adiuvabit. Dixit Hebenrodan. quod hec est regula generalis quod quando dominus loci significatoris itinerum fuerit ex fortunis non habebit periculum in via illa et erit delectus. V. g. Si dominus locorum huius significatori itineris fuerit aliqua ex fortunis

In suis itineribus multum periculum habebit et dictum est
et erit cum delectacione et habundancia victualium.
Si cum eis mercurius fuerit hac predicta occasione ma-
gnum consequitur proficuum seu que legacione ad exitum
perducent dabitur eciam ei donum et honorabitur. Hoc autem
intelligitur eo quod existente domino significatoris itine-
rum sit cum hoc mercurius de complexione fortune.
Si vero saturnus et mars dominentur in locis do-
minacionum maxime autem si in opposicione fuerit quod
unus alteri non proficiet in illis itineribus et
multum impedietur.

De periculis que dant infortune in itineribus

Si infortune dominentur in locis dominacionum et
maxime si in opposicione fuerint et in signis humidis
utreque fuerint erit impedimentum ei ex parte itineris
aquatici ex parte maris et ex tempestate et sub-
mersione vel propter infortunium vie deserte et de-
populate ubi sunt latrones concurrent cum et aut
Hebenrodan quod signa humida significent loca
depopulata.
Si vero fuerint in signis fixis periculum datum
ab his duabus infortunis in itineribus erit ex
precipitacione ex locis altis et propter ventos for-
tes et malos.
Si fuerint in signis solsticialibus vel equinoctiali-
bus periculum erit in itineribus ex defectu et pri-
vacione rerum quibus opus habent aut per disposi-
ciones aeris corrupti inferentis egritudinem dixit
Hebenrodan. Racio huius est quia ista signa
sunt principia quatuor temporum diversarum rerum et victus
alia quibus homo indiget.
Si fuerint in signis humane forme pericula eve-
nient in itinere ex latronibus in viis et prodi-
cionibus et depredacionibus.

Si vero fuerint in signis figurarum bestiarum silvestrium
periculum erit ex capcitate ferorum animalium sicut lu-
porum ursorum et similium, vel ex terre motu. Et si mer-
curius cum eis est infortunis existentibus in signis di-
ctis figurarum bestiarum periculum provenit ex morsi-
bus bestiarum seu animalium venenosorum morsura
et reptilium venenosorum.

Regula generalis ad iudicandum de bono et malo quod itineribus accidet.

Concludit Ptolomeus quod volentes iudicare bonum
et malum quod accidet in itineribus complete opor-
tet loca principalia in figura et eorum significato-
res sicut significatores operum et officii et substan-
cie sive divitiarum et significatoribus corporis sive
vite et valetudinis et sic de aliis. Verbi gracia dixit Heben-
roden si scire vis quod aliquis natus itinerabit
30 annos sue vite et quod inveniet periculum
pro ipso itinere. Inspicies si in illo anno est ab-
scisio vite et iudicabis hoc anno quod est possi-
bile ipsum illum morietur.
Inspicies similiter ad significatores itinerum si bo-
num vel malum significant et adiunges hoc cum significa-
tore vite nati et significatore officii et cum signi-
ficatore divitiarum suarum et sic iudicabis pro
certo id quod accidet nato.

De tempore quo hec accidencia evenient nato

Dixit Ptolomeus quod cognicio horarum et temporum
quibus hec nato evenient sive bona sive mala de-
prehenditur ex qualitatibus advenientibus in prin-
cipiis annorum sequencium post nativitatis annum
per directiones revoluciones et annuas profectiones
significatorum, quas alinthias vocat Hali Hebenrodan.

Et inde eciam sumpserit quantitatem boni vel mali si augebitur
vel minorabitur non solum tempus. temporis ergo initium quo acci-
dens illud scilicet bonum sive malum accidet

De qualitate seu modo ac manerie mortis nati caput ultimum

post eum predictorum enar-
racionem dixit Ptolomeus conveniens est de qualitate
mortis nati pertractare ex hiis que in vite capi-
tulo prediximus oportet investigare utrum mors ex pro-
iectionibus radiorum seu ex directione hylegii directa
an ex adventu significatoris vite ad gradum anguli
occidentis seu per directionem hylegii conversam per-
veniat

Regula generalis de mortis qualitate investiganda

Si mors ex proiectionibus radiorum seu per dire-
ctionem hylegii rectam dirigendo radios planetarum
infortunarum sive ipsa corpora infortunarum corporate
ad hylegium pervenerit quando volueris scire
statum et qualitatem mortis oportet inspicere loca
in quibus fit abscisio seu qualitatem gradus et si-
gni in quo abscisio erit.

Si vero mors provenerit per applicacionem ad
angulum occidentis seu per directionem ipsius hylegii
ad gradum septimi oportet aspicere ipsum met gradum
anguli occidentis eciam stellas planetas qui predictis
locis scilicet promissoris et significatoris subsequentur
seu ad ea vadunt vel secundum planetas qui ea pervadunt
mortis qualitas deprehenditur. Si enim fuerit naturis
inspiciendum proprietates figurarum planetarum pro-
prie aut si proprietas predicti loci occidentis
considerantur quas habuerit ex signis et naturis
terminorum. Hali Heben Rodan quasi recolligens
ex hiis dictis Ptolomei dicebat quod Ptolomeus

volt per hec docere statum gradus interficientis quod
per quinque modos comprehenditur.

Prima. ut inspicias naturam planete stantis in
illo gradu interficiente seu promissoris si ibi fuerit
corporaliter vel planete scilicet interficientis proicientis
radios suos in illo gradu

Secundo. naturam planete stantis circa illum gradum
quem planeta ante vadit ad eum aut proprio cur-
su suo aut per motum equinoctii

Tercio. est natura figure secundum quam se habebit si-
gnificator ad promissorem.

Quarto. naturam signi in quo est gradus ille interfe-
ctoris vel in quo est planeta interficiens aspiciendo
gradum ipsorum vel planete qui vadit ad eum

Quinto. est natura termini cuius est gradus ille
interficiens et addit Heben Rodan quod si gradus
ille habet solum unum modum ex istis quinque statum
suum erit secundum statum termini. Si vero statum
suum exit secundum duos vel tres vel plures predicto-
rum modorum mors erit secundum naturam status
quem habuerit gradus interficiens. et Ptolomeus
narrat naturam in hoc cuiuslibet planete per se
et inde sic commponetur.

Regule particulares ad dicta sequuntur.

Si Saturnus dominus mortis fuerit tunc mors e-
venit causa longe infirmitatis aut ptisis
aut catarri, aut propter dissolucionem corporis
vel febris circa dolorem ex dolore hileon aut sple-
nis aut hidropisi solucione ventris sex egritudi-
nes et aliarum infirmitatum que rome frigoris
proveniunt

dicit Hebemeoden. Racio horum effectuum est quia sa-
turnus significat multas humiditates et mela-
colicas et egritudines matricis quia fit sicut
in terram in qua generantur aves omnes et saturnus
est significator tam terrarum dampnum generacionem
Si Jupiter dominus mortis extiterit mors erit ex
squinancia vel peripneumonia aut spasmo
vel cephalogia seu cardiaca omnibusque infir-
mitatibus que causa magne ventositatis na-
scuntur vel per fetidos odores ait Hebemeoden
quod racio horum effectuum est quia Jupiter signifi-
cans temperanciam generat multum sanguinis et
quando sanguis vincit proveniunt infirmitates
ex replecione et fetor malus provenit ex reple-
cione humorum
Si Mars dominus mortis fuerit erit fimictor.
causa febris continue scilicet ardentes quarum cau-
sa est vel terciane aut [illegible] aut e-
pilepsia morbi. aut fluxus seu sputi sangui-
nis vel abortus seu partus difficilis vel vesi-
ce aut egritudinibus mortiferis et omnium infirmi-
tatum venientium ex febrili fervore seu superfluo
calore. dixit Hebemeoden quia mars facit in-
firmitates que fiunt de calore et siccitate ma-
gna
Si venus dominium mortis habuerit erit ter-
minabitur vicio stomachi vel epatis vel cordis
aut egestione sanguinis sive mobilibus apo-
stematibusque vel fistulis aut pocionibus omnibusque
morbis contingentibus superfluitate vel malicia
humorum

Racio horum est dicit Hebemeoden quia venus
facit temperanciam tendentem ad humiditatem
sicut multus sanguis mixtus cum humiditate
flegma dulce et egritudines quas facit
sunt multe replecionibus et humide
Si Mercurius dominus mortis extiterit mors
orietur perturbacione mentis. vel mania seu
melancolia epilepsia stulticia tussi seu
sputi superabundancia et aliis morbis
provenientibus nimia et immoderata
siccitate Dixit Hebemeoden hec evenire quia
mercurius est significator sensus et
cerebri et eius complexio inclinata est
ad siccitatem Dixit eciam quod ex hiis que
dixi de significacione nature cuiuslibet
planete intelligere potes significandum
terminorum in quibus sit gradus interfi-
cientis. quia significacio cuiuslibet eorum
est talis qualis significacio planete cuius
terminus ille in quo moratur.

Quando aliquis morte naturali vel
non naturali Sed violenta morietur

Regula.. Sciendum quod mors est duorum mo-
dorum. quedam est mors naturalis seu per se
dicta proveniens ex infirmitatibus fiunt
mortis causa. per infirmitates superius di-
ctas. Quedam vero est mors a casu sicut
quando aliquis moritur gladio lancea lapso
aliquo igne morsu fere bestie. veneno
et huiusmodi EE.

Dat igitur in hoc exemplum Ptolomeus ad hoc sci-
endum et ait quando planete gubernatores
mortis fuerint salvi ab infortunis in suis-
met dignitatibus et potentes. et quando
super eas nullus planeta contrarius ex
his qui dant mortem ex parte loci .i. mali
et gravem mortem isti morientur morte na-
turali seu per se. Dicit Hebenrodan quod
per planetas dantes mortem ex parte loci
intelligit Ptolomeus planetas dominantes
infortunatos debiles vel in dignitatibus ali-
enis aut alii planete ipsis contrarii elevati
fuerint super eos
Mors vero violenta et laboriosa cum penis
et non secundum legem nature seu infirmitates
erit quando in loco mortis fuerint domi-
nantes due infortune simul. Itaque in ip-
sos loco .i. gradu interficiente fuerint vel
in eius quarto et opposito aspectu aut quili-
bet earum infortunarum habeat dominium
et potestatem super locum gradum et alia
super aliquid ex luminaribus vel super locum
solis aut lune vel utriusque et ait Heben-
rodan quod eis fortior erit quando domi-
nabuntur ambo super hilech locatum vel super
gradum interficientem et hoc dominium est do-
minium infortunatum. Et ait Ptolomeus
quod mors mala erit propter duarum in-
fortunarum obviationem .s. in dando mortem
magna erit propter duo luminaria testi-
ficantia infortunis dantibus mortem vel
planetis mortem gubernantibus

De varis genere male et violente mor-
tis. Regula generalis

Ait Ptolomeus quod qualitates male et
violente mortis erunt secundum aspectus et applica-
ciones planetarum ad locum mortis Et ad pla-
netam interficientem et secundum signa in quibus
stant infortune que interficiunt et abscindunt
hilech

Ad idem Regule speciales de in-
fortunis que significant genus mor-
tis male et violente et primo
de Saturno

Si Saturnus in quarto solis vel oppositione in hora
nativitatis et fuerit planeta abscindens hi-
lech si in signis fixis permanserit signi-
ficabit mortem per lapidacionem populi vel
strangulandos seu penis mortiferis asti-
gentes. Idem quoque efficiet si fuerit in sig-
no fixo et in occidente hora nativitatis et eum
sequatur luna. Dicit Hebenrodan quod stran-
gulacio potest esse vel per clausuram viarum
per quas exit anhelitus vel propter hu-
morem cadentem ad pulmonem vel suffo-
cacionem ex comestione et potu.
Quando vero idem Saturnus in quarta
solis vel eius oppositione existens aut occi-
dente eum sequente luna et fuerit abscisor
hilech et fuerit in signis figurarum be-
stiarum silvestrium mors erit propter rapaces
feras bestias.

Si saturno sic bestie fere raptu significat
Iupiter infortunatus existens testificatur
a fera vorabitur in convenientu vicorum die no
tabili et solenni. Dixit Zebemoden quod te
stimonia huiusmodi luminarium significant
huiusmodi mortes divulgatas et magnas
Cum vero Saturnus existens abscisor opposito
radio aspexerit alterum luminarium existens
in ascendente natus in carcere morietur
Et Mercurius predicto Saturno significanti
malam mortem ex eo quod nocet alicui ex
luminaribus et abscindenti hilech participa
cionem habuerit et fuerit cum eo aliqua
stella fixa super uno credo ex hiis que sunt
figure serpentum. vel fuerit in signo figure
bestiarum silvestrium. mors erit propter pe
ccussionem animalium reptilium venenosorum
Et venus cum eisdem s. Saturno et Mercurio
fuerit in predicta constellacione morietur
poto mortifero exhibito fraude mulierum
Racio est dixit Zebemoden. quia venus sig
nificat res coopertas et secretas et significat
super mulieres.
Et si Saturnus existens abscisor et lune in
figura associatus in virgine vel in piscibus
aut in signis humidis fuerit significabit
quod mors erit propter submersionem in aqua
Et si in navi fuerit tempestuosa fluctua
cione maris morietur
Quando vero idem Saturnus existens ab
scisor fuerit martus cum sole vel oppositus

martis et fuerit in aliquo signorum solsticia
lium vel in signis quadrupedibus mors eveniet
propter aliquod ruinosum cadens
Quando eciam idem Saturnus existens abscisor
et fuerit cum sole in decima vel quarta ex alto p
cipitabitur et morietur. Hee ergo sunt grandes
mortes quas significat Saturnus quando est
abscisor et fuerit aliquod ex luminaribus
impeditum ab eo et sic poteris iudicare omnes
mortes evenientes per saturnum.

De marte quomodo varium genus mortis male ac penose significet

Mars si abscisor fuerit hilegii et sol et luna
dent vitam et fuerit in opposito seu quarto aspe
ctu solis et lune si fuerit in signis humane
forme significabit natum periturum et capite
truncandum. propter guerras. et altercaciones
contingentes inter suos consanguineos vel se
interficiet manu propria causa mulieris
aut interficietur maritibus mulierum illud
aut eveniet cum venus ei testificabitur.
Si ut dictum est marte existente abscisore
et damnante aliquod duorum luminarium
mercurius cum eo in figura participacionem
habuerit decollabitur natus manibus
latronum peccatorum et insidiatorum et dixit
Zebemoden. quod si fuerit in signo quatruo
mors erit super mare Si in terreo erit in
terra.
Sin aut Mars abscisor et aliquod ex lumina
ribus damnans et perditum est fuerit in si

gnis

abscisis membra vel imperfectam fortunam
aut in capite algol significabit quod natus
iugulabit cum abscisione capitis vel membrorum.
Si idem mars eo modo quo dictum est existens
in scorpione vel thauro fuerit morietur
combustione natus aut perforatione membro-
rum vel incisione vel spasmo. Et si in ce-
li medio vel eius opposito permanserit in
cruce suspendetur. Maxime autem si cum cepheo
et andromeda fuerit .s. in eodem circulo
Quod si in signo occidentali vel in ascendente
locum habuerit vivus igne cremabitur. et
si in signis quadrupedibus extiterit cadendo
conteretur.

Si vero marte ut dictum est existenti iupiter
infortunatus existens testificetur natus
subibit iudicium manifestum mortis vi pote-
statis vel regis. Et Hebenrodan semper quando
fortune testificabuntur significat quod natus
erit cum aliqua iustitia et rectitudine sua
Si vero fuerit mars abscisor et damnator:
vel aliquid ex luminaribus in nativitate et
iupiter infortunatus existens ei testificetur
significat id quod ait Ptolo: et si esset ab-
scisor mars. et non damnaret aliquod lu-
minarium mors non esset cum tanta pena.
Si uterque infortune .s. saturnus et mars
coniungantur in abscisione vel alter opponatur
alteri: ut sit mortis occasio seu dominus
peiorabit malam mortem et graviorem ac peio-
rem facient. Domini autem qualitatis mortis secundum
Ptolo: est dominus loci seu gradus interficientis et absci-
dentis seu signi

De nato mala et penosa morte morituro si sepelietur vel sepultura carebit ita quod animalia rapacia eius corpus vorabunt

Ait Ptolomeus quod qualitas et quantitas
sepulture accidentium interficientium in malis mor-
tis augebuntur quando utraque infortune habu-
erint auctoritatem in locis interficientibus
ita quod quando aliqua infortunarum fuerit
abscindens existens in aliquo gradu et fuerit
ipsa gubernatrix eiusdem gradus natus non
sepelietur nec cooperietur sed animalia
rapacia quales lupi canes / vultures et
corvi eum decomedent. quod autem erit cum infor-
tune fuerint in signis subscriptis formarum
sensu animalium nec aliqua fortunarum
testificetur. locis interficientibus existentibus
fortunis sub terra. Ergo dixit Hebenrodan
quando fortune testificabuntur infortune absci-
denti: existendo sub terra. natus sepelietur
et cooperietur

Si natus morietur in terra sua vel aliena

Quando dominus mortis vel abscisor qualiscumque sit
eorum vel ambo in locis declinantibus et cade-
ntibus. Hebenrodan exponit in locis istorum
fuerit maxime autem cum luna in predictis locis
vel aspiciat ea de quarto vel opposito nato in
terra aliena mors eveniet.

Finis 1541
ad ~~septimam~~ 21 marcij
diem

Mors nati an ferro, igne, aqua, ruina, suspendio, nece, incursu ferrarum aut egritudine fiat edocere.

Considera hos significatores infortunas angulos
luminaria, octavam et dominum eius
Si enim infortune fuerint potentes in angulis et aspe-
xerint luminaria temporis aut ambo lumina-
ria malo aspectu erit mors mala. Idem dic
si fuerint in octava aut in malo aspectu ascen-
dentis
Genus mortis cognoscitur a significatore malo
et a loco in quo fuerit et a signo in quo mo-
ratur et a commixtione cum aliis et a disposito-
re. Nam si plura fuerint testimonia Martis
♂ ferro igne aut truncacione aut casu malam
mortem pronosticabis. Scitum quod Martis di-
spositio videbitur magis ad unam quam alteram
se convertere. V. g. Si in humano signo ex-
titerit ab homine occidetur si in igneo combusti-
one. Si in terreo ruina aut casu et sic
de aliis
♄ Si vero testimonio Saturni fuerit hec mala mors
erit strangulacione, suspendio aut veneno in lo-
cis secretis aut in carcere aut in submersione
secundum naturam et commistionem Saturni
Nam si in decima fuerit et fuerint secundum mali
mortis significatores in alto loco vel ex alto
morietur puta suspendio maxime cum fuerit
in signo aereo.
Si vero in quarta et in signo aqueo fuerit aquis vi-
tam finiet. Tempus igitur in quo talis mors expe-
ctetur. Erit cum hyleg dirigitur ad predicta loca
infortunata vel quando contingit alicui pessima

revolucio que similis esset nativitati et hyleg esset
in termino illius infortune. Quod si non sequetur ea mors
effectuata erit tamen ille annus cum maximo periculo
illius et qui submerguntur tamen illum evadunt et
qui liberantur e carceribus
Si autem fortune aspexerint bono aspectu ascendens
et luminaria aut octavam domum morietur ex
morbo dissolvente vitam ipsius qui a planeta
abscindente procedet

Pulchra de natiuitatibus

Quando quis in natiuitate habuerit planetas
bonos ut Jovem vel solem in duodecima signi:
ficat quod iste homo habebit inimicos nobiles
personas et notabiles. Unde quocienscunque planete
qui in duodecima fuerint tempore natiuitatis
in revolucione anni nati. applicuerit nati an:
gulis. tunc contra illum instabit inimici no:
biles et vexabunt **Rex Polonie** Alexander
habuit solem in duodecima in natiuitate in
revolucione anni 1502 venit ad ascendens
quod minabatur malum ab altis hominibus

Sed si in duodecima fuerint infortu:
ne ut ♄ vel mars. significat quod talis ha:
bebit inimicos viles et pauperes qui non po:
sunt ei nocere propter paupertatem

Si Jupiter in natali fuerit angularis
vel sit in suo honore vel habeat annum in ascen:
dente vel consideret partem fortune. vel sit do:
minus domus solis in die vel dominus lune in
nocte. Vel sit dominus hore non deerit nato ce:
sus in vita sua quia idem Jovis est dominus
substancie

De introitu domus

Primo eligi debet quarta domus quod sit in ea sig:
no fixo. non mobili ut ♉ ♌ ♏ ♒ et planete
boni sint vel eam aspiciant amico radio
Et luna. sit in tercia et quinta et quod sit non
impedita non retrograda combusta aliter
est infortunata.

Tractatus pro deter-minandis quæstionibus furti ex doctrina Hali habenragel et guido-nis Bonati recollectas

In questionibus astrologicis li-
cet sit diversa consideracio Hec
tamen est generalis et plus seq-
tur viam naturalem quod pro ho-
ra questionis status celi aliquo
instrumento quanto cercius fieri
potest accipiatur. Ascendens quod
detur querenti. rei vero quesi-
te domus illa sit de eius sig-
nificacione est res quesita cum
domino suo et tunc eorum videa-
tur adinvicem habitudo. idest
concordancia et contrarietas. et
si fuerit bona bonum significat
Si vero inimica adversitatem

vel eciam per tablas

ut cum questio: facta fuerit de substancia vi: deatur domus secunda et eius dominus. Si pro coniugio videatur sep: tima domus et sic de aliis

A

Ut vero homo cognoscat processus sit distinctior in certas vias eorum placuit dividere

Differencia prima

Differencia prima de cautelis in questionibus observandis iuxta doctrinam guidonis bonati

Prima cautella poterit in hoc negocio astrologus errare si interogator nescit interogare, cum non habet intencionem adeundi astrologum

Secunda cautella. Si astrologus recepit hec false et si non vitam horam sibi querens dixerit

Tercia. Si equales in fortitudine fuerint differ ... quod significator querentis et rei quesite sint eque fortes in potestatibus

Quarta. Si interogans venerit ad astrologum causa tentandi tunc questio est tentativa quando hora interrogacionis est finis unius signi et principio alterius. dicit guido quia sepius hoc est expertus et cum hoc ei acciderit dixit noli me tentare

Quinta. poterit astrologus errare quando dominus ascendentis et dominus hore non fuerit idem vel non fuerit eiusdem triplicitatis vel eiusdem complexionis cum ascendente. si ita in veneris (dicit guido) non est questio radicalis prout expertus fuit multociens. ubi enim tamen exit solitudinem interogantis. Cum enim interogator non poterit ex intencione sed ex improviso talis questio non est radicalis cum aut querens venit ad astrologum sub necessitate tristis sperans tota fiducia poterit sibi respondere veritatem ad questionem propositam. Hec Hali.

differencia secunda de accipienda hora gradus ascendentis

Inquit Hali habenragel in libro suo completo parte prima capitulo septimo. antiqui in hoc fuerunt discordes ita quod Hermes dixit

Marginal notes:

Interogator ... ad astrologum ... interogator

vel aspectus non consyderat

Si non prevenit ... considerat habentibus ... aspectus ... Vel ipse deceptus falsam horam acceperit vel etiam cum dixerit aliquid esse cum tamen facta non sit ...

Vel fortem

vel significator ... querentis et rei quesite sint vel in angulis vel in ... fuerit ... significatores ... ascendentis ...

vt quando esset in ascendente 28 gradus arietis et si non coaequat gradus ... est quod voluerit tentare ut ait guido qui hoc sepius expertus est

Ubi quia fit questio

et si dominus hore fuerit masculinus et dominus ascendentis femininus vel econtra planete autem masculini sunt ♄ ♃ ☉ ♂ feminini ♀ ☽ Mercurius vero est convertibilis

quod hora est ascendens accipiendi
super questionem est convenientia que
est inter querentem et magistrum.
Et sic magister debet accipere
ascendens et dicunt indi et illo ha-
bitantes babilonia quod questiones
posite sunt super voluntate querentis
Et dicunt quod causationibus que-
admodum discordat scilicet per muta-
cionem quercium in horis[3] Et
dat ubique quod ascendens que-
stionis debet accipi illa hora
qua questio applicatur ad astro-
logum. Et ego Itali bene videro
quod hora accipiendi ascendens
debet esse qua querens venit
astrologo ut accipiat ascendens
et non quando applicat ad eum quo-
niam si applicat et non dat astro-
lo ut ascendens accipiat. Illud
non est ascendens horum nisi quando
querens dixerit

3 Racio opinionis erronee ... vera sententia ascendentis

Differencia tercia de significa-
tore interrogantis et rei quesite
Inquit guido in tractatu de que-
stionibus ca: primo et hoc idem tenet
hali parte secunda ca: xxxiiij libri
sui completi quod in omni questi-
one querenti dabis ascendens et do-
minum et signum cum suo planeta.
Septima vero domus latrati seu su-
specto: rei vero quesite domus illa
de qua significatio est res quesita
cum signo et suo planeta.
Quarta domus. locum rei furate
significat. Postea considerabis
utrum significatores querentis et rei
quesite sint in sua domo vel exal-
tacione et liberi ab impedimentis
aut in via combusta aut si sit
in figura celi et locis fortibus
ut in angulis mediocribus vel
succedentibus. vel debilibus ut in
cadentibus. et coniunctione solis et
bone corporalem pre ceteris impe-
dimentis scias esse nocivam coniunctio-
nem

Margin notes:

Et dominum eius angulorum

hoc est ex hiis tribus ... completis querentis de re ablata scilicet natura signorum

vel aspectu infortunio

secunda sub... interrogantis ... figura furis ... octava vero ... latronis significat

Ascendens aut signum ... quod hoc signo ab inferiori parte ... ad superiora ... a tenebris ... exoritur. Sic interrogans interrogacionem ... ascendit ex secreto cordis ... et patefacta est interroganti ... sententia.

[illegible] rei ablate
no[n] [illegible] et [illegible] et hoc
intelligendo
[illegible] dix
an comedit
[illegible] et post

Coniunctione quoq[ue] fortunaru[m] ut Jo:
vis et veneris [illegible] et maloru[m] ut ♄
et ♂ [illegible] coniunctione corporali
per corpus sunt per aliquem
[illegible] et rei quesite
aspectu[m] ad significatores attende
Si aspexerint [illegible] et rei quesite
quoniam fortune significant bono
mali vero contrarium. Si fortune
[illegible]
prevaluerint fortuna iudicabis. Si
aut[em] mali contrarium dices. Si equa
♄ et ♂
les fortunas et malos inveneris,
mediocre erit iudicium quare tu
iudicare no[n] festina ut ait Ptolo:
verbo 82. inquit guido bonatus ca:
pite iij videbis quos fortunatos
dominus ascendentis cuiuslibet que
stionis et nativitatis et cuiuscumq[ue]
rei fuerit nemo enim interrogat
vel nascitur in bona hora et
sub ascendente bono et fortu:
nato nisi fortunatus et bonus
homo. Malus aut[em] et infortuna:
tus sub ascendente infortunato
et mala hora nascitur.
Subiungit guido. nos videmus
quosdam homines fortunatos esse
et quosdam infortunatos

Si vero mali
et boni [illegible]
[illegible] cum difi:
cultate [illegible]
[illegible] [illegible]

Differencia quarta an suspectus sit culpabilis et si rem perdi: ta abstullit

[illegible] et domus eius
Vide ascendentem et dominum eius pro
querente. Septima[m] vero domu[m] pro
pro suspecto. quarta domus locum
rei furate significat. domus vero octa:
va substantiam latronis ostendit. Si do:
minus octave domus in septima fuerit
vel dominus septime in octava fue:
rit suspectus est culpabilis.

Et dominum eius pro suspecto

Si dominus octave fuerit bona. et
cum fuerit in octava domo suspe:
et [illegible]
ctus rem furatam bis de loco porta
vit seu mutavit. Si dominus octave
fuerit in sexta vel in .12. domo
suspectus rem no[n] tullit. Si dominus
octave vel septime in quinta vel
in undecima domo suspectus est
culpabilis. Quando significator
latronis vel dominus domus septime
cum est in aspect[u] ♄ et ♂
aliquid receperit ab infortuna.
suspectus est reus. Saturnus
in quarta domo rem perditam apud
Judeos esse significat. quoniam Sa:
turnus

ut si ceciderit
in octavam domum
et [illegible] ibi fu:
erit

Saturnus est planeta iudeorum. Si dominus sexte
domus est combustus vel fuerit sub radijs
solis iam res est consumpta. Et non est in
potestate latronis similiter. Si dominus sexte domus
egressus est de combustione res furata vel
restituetur sed non in toto. Dominus septime domus fuerit
receptus alicui planete in prima septima
decima domo inveniretur fur sine magna
inquisicione. Si dominus septime et aliquis aspectus domus fuerit in prima
domo vel receptus domino prime domus latro
penitencia ductus restituet rem furatam sed
quam abstulerat.

Differencia quinta an amissum poterit recuperari

Ascendens et dominus eius de interrogante. Si dominus
domus ascendentis applicat domino septime domus
aut dominus ascendentis est in septima quesitum
rem recuperabit studio suo.
Si dominus septime orienti domino applicat aut si dominus prime applicat
dominus septime est in oriente recuperabitur
sine labore. Quando ambo luminaria
se aspexerint ab angulis significat re-
cuperacionem rei ablate tardatur tamen est
et quasi post desperacionem cum labore
et pena. Significat eciam quod fures
sunt plures uno.

Si domus septime fuerit in decima res talis manifestabitur.

Si aspectus luminarium sit trinus vel
sextilis significat quod furtum cito
restituetur et leviter recuperabitur.
Si autem aspectus luminarium sit □
vel ☍ significat quod cum difficulta-
te et quasi post desperacionem recupera-
bitur. Si luna fuerit in ascendente cum a-
liqua fortuna recuperacionem rei signi-
ficat. Si luna combusta fuerit seu
sub radijs furtum non recuperabitur
Et si recuperabitur fuit cum magno
labore et pena. Si ambo lumi-
naria fuerint sub terra significat
quod non recuperabitur. Si fuerit
in decima locus recuperacionis signifi-
cat. Si luna fuerit in tercia domo
suo vel in decima domo aut sanguinem
aspexerit cum pena et labore recu-
perabitur. Si ambo luminaria fu-
erint ascendenti propinquiora quam
alteri angulorum significat
quod recuperabitur res furata
cum labore rixis anxietatibus timo-
ribus magnis et infectionibus
Quandocumque sol fuerit in ascendente

Hoc est si fuerit in aliquo istorum signorum incipien-do ab aquario usque ad cancrum ad finem eius

☉ feminine a principio ♌ usque in finem ♍

questionis
Pro hora quamvis est furata recuperabitur nisi
ascendens illud fuerit aquarius vel libra
Si luna fuerit in ascendente et Jovis cum ea
recuperabitur furtum. Si luna fuerit in
angulo terre hora questionis in signo communi latrones
sunt plures uno. Sed si fuerit in aliis
angulorum in signo fixo est unus latro.
Si dominus septimi fuerit in septima fur invenitur
diligentia querentis. Si dominus primi
domus fuerit iuncta planete cadenti ab angulo
qui non aspiciat ascendens significat quod
fur iam recessit a terra illa et elongabit se ab ea in tantum quod nulla est
spes inventionis eius. Sed si ille planeta cadens ab angulo cui iungitur dominus
primi aspexerit ascendens significat invencionem latronis post desperationem licet cum
custodia et magnificentia magna. preterea si
inveneris dominum septime domus combustum
et dominus primi aspexerit eum significat invencionem latronis cum non credebit se inveniri.
Similiter si luna transtulerit lumen suum inter dominum septime et dominum primi
planete ponderosiores ♄ ♃ ♂ leviores vero ♀ ☿ ☽

questionis

Si sol aspexerit significatorem furem [illegible] et non fuerit [illegible] et fure [illegible] manifestabitur

Translatio luminis [illegible] est quod separat a planeta [illegible] et [illegible] ponderosiores sunt [illegible] leviores vero

[illegible]

significat invencionem latronis et si
non aspexerit eum dominus primi
domus et ipse significator latronis
fuerit sub radiis solis invenietur
latro. Sed non ita faciliter. Si autem
dominus primi et sedes domus utriusque iunctus
fuerit domino decime domus potestas rectoris
compellet latronem reddere res
furatas interrogati sive ille cuius est
vel latro reddet eam propter timorem
rectoris ne dicatur ante rectorem res
illius in qua latro detentus est. Si autem
tantum dominus primi domus iunctus fuerit
decime minabitur interrogator latroni
in per potestatem rectoris et terrebit eum ut redderet eam sed non
tamen multum timebit latro minas
ab illius et vexabit rector dominum rei
contra furem. Si vero dominus septime
tantum iunctus fuerit domino decime sine
receptione domini primi potestas rectoris
non exercebit bene officium suum contra
furem et furto restituat minime
auxiliabitur ei. Si dominus octave iunctus

fuerit domo decime significat quod rector acci-
piet pecuniam a latrone et abnegabit eam
¶ Si autem dominus sexte domus fuerit in domo
undecime significat quod rector accipiet
pecuniam ab interrogante et procedat
contra furem. ¶ Si dominus prime domus et
luna in ... fuerit domo sexte ab ascen-
dente qui est significator interrogantis (Subtus)
significat inventionem rei perdite sed
tamen non ita leviter cum ambo in domo
fuerint domo sexte domus sicut cum eis
et luna vel dominus prime domus. ¶ Si vero
aliquis eorum non fuerit in domo sexte
nec ipse dominus sexte eis in domo fuerit in-
de tunc si aliquis planeta transferret lu-
men unius eorum ad alium significat
quod inveniet rem illam de qua inter-
rogat. ¶ Si dominus sexte fuerit in secunda
que significat custodientes substantiam
interrogantis vel aspexerit secundam domum
a trino vel sextili aspectu significat
inventionem rei amisse sed cum difficultate
magna quesitis. ¶ Et si non inveneris
dominum sexte domus in secunda sed aliquis
planeta fuerit in secunda et dominus sexte

(interlinear: vel 2 sit dominus secunde)

(margin: Translacio planete de uno planeta separator luminis a coniunctione)

(margin: Sive per corpus)

ei coniunctus fuerit vel ipse illi per aspe-
ctum significat inventionem rei quesite
¶ Si autem non fuerit dominus sexte in secunda
nec fuerit ibi planeta aliquis sive ipse
aspiciat nec aspexerit ipsam a trino vel
sextili aspectu significat amissionem
rei quesite et quod non recuperabitur
¶ Preterea si inveneris dominum octave
ab ascendente in domo septime non
recuperabitur res perdita. Significat
enim quod ille ad quem res illa perve-
nit appropriabit eam sibi et hoc idem
dicens ¶ Si dominus septime in eius fuerit domo
sexte vel ipse illi sive coniunctione domus
ascendentis vel lune quia si dominus pri-
me vel 2 in eis fuerit significat
inventionem rei quesite licet cum
lite et controversia ¶ Si dominus octa-
ve in rogatione domo sexte significat quod
querens recuperabit amissam et si non
recuperabitur res eadem tamen de bo-
nis latronis equales et ita sibi satis-
faciet pro re perdita. Maxime tamen
atque secure ¶ Si dominus prime aspexerit
dominum octave vel sexte domus. Et si

(margin, red: aspectu horoscopi vel dextris si secunda optimum infirmas)

Et si aspexerit dominus decimi dominum septime significat quod potestas siue iudex accipiet res illas et peruenient in [illegible] eius et ille ex eis faciet id quod libitum fuerit. Si autem dominus 8ue domus iungatur decimi domino significat quod latro dabit rectori pecuniam vel sibi nocebat sed potius eius erit auxilio. Quandoque in septima vel octava domo fuerit [illegible] signo scito rem furatam adhuc esse in domo illa in qua erat subtracta et poterit recuperari diligentia adhibita. Si domini septime aspexerit ascendentem aspectu trino vel sextili erit spes recuperandi illam rem. Si vero aspexerit inimico aspectu erit difficultas siue impossibilitas recuperandi. Si dominus septime aspexerit septimam aspectu amicabili furtum habebit cum re furata. Si vero aspectu inimico contrarium iudicabis.

Quandocumque dominus 8 vel dominus ascendentis fuerit in prima domo vel in qua [illegible] est [illegible] interrogatum est [illegible]

Differencia vj. Si latro exiuit de ciuitate

Si dominus septime domino iunctus fuerit tercie vel none. vel si dominus septime fuerit in tercia vel nona domo significat quod latro exiuit de regione illa. Si fuerit in 3a est in itinere et non appropinquat confinibus alterius regionis. Si est corporale

corporale iunctus domino tercie domus iam penitus exiuit de regione. Si est in nona vel iunctus domino none iam est multum elongatus a regione illa. Si autem dominus septime fuerit in aliquo angulorum nondum latro exiuit illam regionem. Si dominus sede fuerit iunctus cum domino tercie vel none domus vel cum planeta existente in eis vel ipse dominus sede fuerit in tercia aut nona domo significat quod furem quod furatus est portabit extra ad aliam regionem.

Si in succedente exiuisse non tamen remote esse significat

Si tercia et nona

Differencia vij de successu furis in itinere

Si inveneris latronem exiuisse de terra vel regione illa. vide utrum mali planete vel boni iungantur domino septime quia si mali et iungitur ei [illegible] male ei succedet in itinere sue fuge quia Si fuerit mars in [illegible] cidet in obsessores [illegible] et auferet ei id quod secum portauerit et percutient. Et forte eius effodet sanguinem. Si fuerit saturnus incidet in latrones et spoliabitur ei id quod secum portauerit. Et si significator latronis

latronis hoc est dominus septime fuerit combu-
stus in aliqua dicta domorum in terra vide-
licet aut in nona et sibi fuerit de plane-
tis superioribus aut inferioribus et ipsi planete
ante solem non retrogradi significat quod
occurret ei in via labor tristicia vel in-
firmitas que erit ablacionis occasio et
prodicionis quod perdet Et si significator
latronis prime dominus septime fuerit com-
bustus cum aliqua fortuna et ipse fuerit
liber ab impedimentis significat quod
bene succedet ei in fuga nisi fortuna
que rogator domini septime fuerit impedi-
ta quia retrogradacionis casu vel com-
bustionis tunc sic significabit amissionem
rerum quod secum portat verum tamen Si
illa fortuna fuerit impedita et non erat
alteri fortune que sit in prima vel decima
domo. Significat quod ille qui fures in-
sequitur recipiet ei substantiam et ipse cum
viderit eum post se venientem dimittet
substantiam quam portabit et non permittet
se capi. Item si luna fuerit iuncta malis
planetis significat ablacionem sub lateo

Similiter si ☉

Similiter si sol et luna aspexerit significa-
torem latronis vel significatoris substancie
eius aspectu trino vel sextili significat
quod interrogator inveniet furtum illud
id dicendum est Si sol et luna fuerit in
prima vel decima domo. Similiter si se aspe-
xerint ☉ et ☽ aspectu trino vel sextili
Si autem sit aspectus oppositus vel □ invenit
eos significat invencionem rei perdite
post desperacionem

Differencia octava. de parte inventio-nis rei perdite

Inspice si dominus ascendentis et luna fue-
rint in ascendente hora questionis et ☉
aspexerit eos △ vel ✱ aspectu signifi-
cat quod res de qua queritur invenie-
tur in eodem die quo fuit ablata Si vero
sol aspexerit eos □ aspectu invenietur
in illa ebdomada Si autem ex opposito aspectu aspexerit
significat quod invenietur in illo mense
et reportabitur ad domum interrogantis
Erit etiam inventio rei furate, quando sol et
luna fuerint separati a parte fortune
aut gradu fuerit ei corporali iuncta
aut longe erit tantum Quando vide quot
gradibus distat luminare et quod ma-
gis propinquius sit parti fortune

B

Si pars fortune fuerit in angulo erit ista inventio in tot diebus quot gradibus distat a ☉ vel infra tot ebdomadas. Si pars fortune fuerit in succedente erit inventio in tot diebus septimanis vel mensibus

Luminare a parte fortune vel ad inveniendum intra tot ebdomadas

Si pars fortune fuerit in cadente erit tot dierum mensium et annorum. Et inventio que fit per significacionem solis plus festinat ad recuperandum quam illa que fit per significacionem lune quia hec plus tardat quamvis illa que fit per solem.

Quod fuerit inter luminare et partem fortune et inventio que fit

Consideracio generalis

Si inveneris quod sol et luna non aspiciunt ascendentem nec dominum ascendentis nec se aspiciunt aliquo aspecto nec aliquis eorum aspicit ⊕ significant quod latro nullo modo invenietur nec manifestabitur nec res perdita invenietur nullo modo vero per laborem suum per inquisitionem per se nec per aliud idem intellige de quali bet re quocunque modo ablata fuerit.

Differencia nona cuius maneriei sint res amisse

Quales ille sint res si volueris scire que furate sunt aspice ascendentem et lunam et vide ubi tricesima pars sit in quo signo et gradu

eius signi et vide in cuius planete termino ille gradus ceciderit secundum hoc iudicabis.

Primo de Saturno. Si saturnus fuerit dominus termini ☽ et ipse fuerit in ascendente vel decima domo in signo terreo erit res illa de illis rebus que pertinent ad operationem terre que sunt de natura terrea ubi vomeres ligones et similia. Si vero saturnus fuerit in septima vel quarta domo erunt ferramenta quibus effringitur in gravia vel incisio lapidum etc vel erit clava ferrea vel plumbum vel aliqua res nigra. Et si fuerit cadens ab ascendente vel ab aliis angulis et aspexerit eum quocunque aspectu sol vel luna erunt arma ferrea et gravia lucidaque polita cum aliquali rubigine. Si vero saturnus non fuerit ita dispositus sed fuerit cadens ab ascendente ita quod non aspiciat ascendentem nec aspiciat eum sol nec luna maxime si fuerit in oriente significat quod res furata est parvi valoris. et sunt cultelli antiqui et enses et alia arma vilia aut instrumenta pro sanguinis effusione

Si Saturnus fuerit in geminis erit res
diversarum materiarum nec tamen videbitur
quod sint res alicuius utilitatis.
Si Jovis aspexerit eum [et sextilis vel in III] in prima vel decima
domo significat quod pars maris fora-
tarum rerum sit tamen partim in aliis res
sunt viles. Et si Jovis sit in quarta
vel septima domo aspiciens saturnum erit
pars rei forate argentum res tamen alie
viles et parvi valoris.

De Jove

Si Jovis fuerit dominus termini ☽ videlicet
de quibus et quo aspiciat eo quoniam si fu-
erit in ariete vel in aliquo signo igneo
aspectu a martis domo prima vel decima
erit opus aureum vel deauratum.
Si aspexerit eum sol erit tamen eadem hoc
est non laboratum sicut igne non exami-
natum. Si aspexerit eum aliquis eorum [♃ vel ☉]
a quarta vel septima domo erit res argen-
tea vel cum argento facta quod. Si ♀ aspe-
xerit ♃ quocumque aspectu et Saturnus
fuerit in tertio erit res valde ca-
re vel margarite vel gemme preciose. Si
vero Jovis fuerit in ♉ vel in aliquo
signo terreo significat est forata res
vestimentum carum et nobile.

Si autem ♃ fuerit in ♊ vel in aliquo
signo aereo erit res illa animal vel e-
quus asinus etc. Si ♃ fuerit in ♋
vel in aliquo signo aqueo res forata
erit ex aqua ut margarite gemme etc.

De Marte

Si ♂ fuerit dominus termini lune est instru-
mentum ferri et arma aut aliqua res
per ignem facta. Si vero luna aspexerit
[figure aliqua] eum operate est in eo tinctura. Et si
sol aspexerit eum res illa est de armis
regum vel res aliqua que in coquinis
[quibus ...] Et si ♀ aspexerit eum est res
ferentur [scan.] composita in qua sunt pulchre figure
depicte. Et si Mercurius eum aspexerit
est res forata de instrumentis quibus
[et bombarde] proiciuntur vel his que fuerint pro expu-
gnandis castris vel quod his assimilatur
alter. Et si ♃ aspexerit eum est de
[ablata] rebus quas solliciti sunt sellatores ac
sternendi equi tenere sicut lorice. Scuta
Et his similia. Si Saturnus aspexe-
rit eum erunt iste baliste aut arcus
et quod his assimilatur

De venere

Si ♀ fuerit domina triplicitatis et ipsa fuerit in ariete vel in eius triplicitate erit aurum vel argentum et si fuerit in tauro vel in eius triplicitate erit vestimentum ornatum vel ornamenta muliebria cuiusmodi sunt anuli monilia etc.

Et si domina tunc fuerit ♀ aspiciens lunam dic tunc quod res furata erit argentum figuratum aut pulveri panni pulchris coloribus colorati significat pannum de serico Bombace aut lino etc.

Et Mercurius aspexerit eam dic rem furatam esse pannum de animalibus vel lana vel serico aut res facta per magistrum. Si ♂ aspexerit eam est res in qua facte sunt figure terribilitatis aut res facta per ignem vel ferrum etc.

Si Saturnus aspexerit eam est res antiqua iam serico congregata et colores in eis deleti vel res aliqua de petra et similibus. Si Jovis aspexerit eam est res figurata et picta de rebus que fuerit de pellibus animalium vel quod hiis assimilatur.

De Mercurio

Si Mercurius fuerit tercius dominus dic res furatas libros et si fuerit in ♊ vel in eius triplicitate erunt nummi acceptati de loculo vel de aliquo vase quod erat coopertum corio rubeo et si sol aspexerit Mercurium dic esse libros legum aut statuta generis. Et si forte aliqua res ibi scripta in auro vel aurum in aliquo loco libri expositum. Si luna aspexerit eum sunt libri magistrorum dandi et accipiendi et agricultorum et quibus assimilatur et forte est aliquid argenti vel sculptura ex argento. Si Venus aspexerit eum dic res libros cum figuris et picturis comptos et forte est ibi aliquid auri vel argenti et Si sol et ♃ aspexerit eum dic esse lapides preciosos quos soliti sunt reges portare vel aliquid eorum quo se limpidat mulieres vel forte est res odorifera sicut muscus vel lignum aloes. et filia

Si ♂ aspexerit ☿ dic esse vasa argentea cum picturis et sculpturis Si ♃ dic esse libros oracionum et dignitatis ad legis vel libros renunciacionum rectorum dominorum aut vicariorum et coniuracionum et coniuracionum

Et forte est vas ferri aut lapidis in quo sunt tales libri aut scriptores. Si ♀ et ♂ aspexerit eam dic esse instrumentum ioculatoris sicut leuta bocca aut tubbe aut quid eis assimilatur cyphi vini aut vasa vini vel forte ipsum vinum vel simile. Si ♀ et Jovis aspexerint eam dic esse aliquid de limpiditatibus mulierum et de vestibus earum limpidis odoriferis aut maneries limpidationum. cum ♂ aspexerit eam illis erit vas nobile eris in quo sunt pulchre figure et picture et de eo quod reges et alij homines tenere solent. Si ☉ cum ♂ aspexerit eam est de armis que magis et ordinati homines habere solent aut res facta ex auro vel ere vel per ignem ad apparatum naris et hoc modo inscribis varietates aspicientium quando multi fuerint secundum dinumeraciones speciales quando aspicientes fuerint unus

Consideracio circa obseruanda

Quandocunque planeta dominus termini hanc habet et respicit illum suo termino res que significat erit de bona maneria. Et si fuerit

talis stella orientalis tunc res significata erit nova. Si occidentalis erit antiqua. Et si fuerit in stacione prima vel in secunda erit res mediocris inter nova et antiqua. Si fuerit directus erit res ablata integra erit equalis in sua forma integra vel sana. Si retrogradus erit torta in sua forma et erit in ea macula vel fractura de maneria tortuositatis aut erit ab ea diversa quam esse debet secundum formam suam. Si fuerit cadens ab angulo erit debilis maneriei et bene forcius. Si fuerit in succedente erit mediocris inter fortitudinem et debilitatem et quod non est bene facta. Si fuerit planeta dominus termini dicti fortunatus erit res illa sana et integra. Si infortunatus erit turpis et damnabilis aut habebit in se vicium aliquod. Si fuerit in casu suo de domo vel exaltacione sua erit res non conveniens sine mente vel erit in ea aliquod accidens damnificans eam

Altera pars huius differencie quales videlicet sint res ablate scilicet motum

Si volueris scire quales sint res ablate

secundum motum ipsius ☽ vide in quo tunc sit signo luna temporis questionis que si fuerit
♈ in ariete significat res furatas esse de
rebus que feruntur in capite. quoniam
si fuerint arma significat galeam de
calibe vel aliquod simile. ¶ Si non fuerint sertum
arma significat vittas et cetera orna-
☽ in ♉ menta capitis mulierum. ¶ Si ☽ fuerit in ♉
erunt res preciosa et monilia seu alia
☽ in ♊ ornamenta colli. ¶ Si in ♊ erunt ornamen-
ta brachiorum aut manuum aut annuli
et similia. ¶ Si aspexerit tunc ☽ ☿ erunt
nummi vel alij thesauri depicti in quibus
sunt figure hominum sculpte. Et si non aspe-
xerit eam mercurius erunt res colorum in fi-
☽ in ♋ guris similiter depictis. ¶ Si luna fuerit in
cancro erit res extracta de aqua et res
☽ in ♌ nate humida. ¶ Si in leone fuerit erit res
laborata cum auro vel opere aurichalcum
et si aspexerit eam sol erit aurum sit
☽ in ♍ ¶ Si autem luna fuerit in virgine erunt
vestimenta laborata cum methallis et si
aspexerit eam ☿ erunt res monetarum
depictarum in quibus sunt similiter figure
depicte hominis.
☽ in ♎ Si luna fuerit in libra erunt bilances.

Et si aspexerit eam venus erunt res que sunt
adornamenta mulierum. Et est res redolens
ex speciebus mixtis in eam. ¶ Si fuerit in
scorpione erit res illa aes vel opus ex ☽ in ♏
auricalco factum vel aes deauratum et splen-
sol
didum et si aspexerit eam Mars ☉ ♂ signi-
ficat esse aurum vel argentum rude. ¶ Si lu-
na fuerit in ♐ erit res variorum colo- ☽ in ♐
rum vel diverse speciei aut sube vocte que
sunt maioris apparentie quam valoris
¶ Si aspexerit eam ♃ erit res varia sed
tamen preciosa ¶ Si luna fuerit in ca- ☽ in ♑
pricorno erunt res viles et in vili
loco reperte et si tunc saturnus aspe-
xerit lunam erit res parvi valoris quasi
mixta simul terre vel de terra extracte
et potest esse cuprum seu plumbum.
¶ Si luna fuerit in aquario erit res ☽ in ♒
que sit extracta de aliquo animali
sicut sit lapis vel simile
Si aspexerit eam Jovis erit aurum
laboratum
vel argentum vel opere de minera extra-
ctum. ¶ Si autem tunc sol aspexerit lunam
erit aurum rude et si aspexerit eam

Jovis aut Mercurii erit argentum. Si aut
aspexerit eam ♀ et ☿ erit moneta inco-
lata in aliquo corrigio vel marsupio
vel id simile. Si Luna fuerit in
piscibus erit stercus aut opus de seri-
co factum. Si vero aspexerit Jovis erunt
res preciose de aqua extracte sicut sunt
margarite et his similia cristallus

Dm. X

Differencia decima verum latro sit de familia domus vel extra

Vide tunc si sol et luna uno aspectu
simul aspiciunt ascendentem vel sint domini as-
cendentis fuerint in ascendente vel fu-
erit aliquis illorum videlicet domini septime
aut dominus septime fuerit in occidente et
si sol et luna fuerint in propriis domi-
bus vel in domibus domini ascendentis et as-
pexerint ascendentem vel eius dominum hoc significat
quod sit latro de familia domus. Si vero
id quod dixi non fuerit de ambobus lu-
minaribus sed de uno tantum significat
latronem non esse de familia domus sed tamen
domesticum et in illa domo natum in qua
res est perdita. Si ☉ et ☽ fuerint
in triplicitatibus suis erit fur de illis

qui attinet domino rei ex parentella sed non
habitat in domo cum ipso. Si aut luminaria
fuerint in finibus vel faciebus suis non erit
latro de habitatoribus domus sed tamen est fa-
miliaris habitatoribus et plus quam domino tamen
eciam et domino bene notus et frequentare
videtur eo et videtur esse consanguineus
familiarium vel habitatorum. Si luminaria
aspexerit ascendentem et non aspexerit se-
ptimam domum significat quod non fuit latro in illa domo
sed tamen primo intraverat quando furatus est Et ita extraneus.
subaudi. Sed si aliquod luminarium esset
in signo communi significat quod latro in-
traverat domo alia vice. Sed non causa
furandi et servierunt domestici cum in-
travit secundario. Si vero significator
qui est septime domus fuerit in tercia do-
mo a prima que est nona a septima +++
significat furem non esse de illa terra
sed de alia remota. +++ Si vero signifi-
cator significat latronis fuerit in duodecima
ab ascendente que est sexta a septima
erit latro illius servus. Et si significa-
tor latronis fuerit in octava a septima

+++ Quia tercia domus significat itinera.

Quod si in nona religiosus. Et si in quarta ignobilis et obscurum. Si in decima familiarium regis vel alicuius perfecti

que est tercia ab ascendente significat quod
latro sit religiosus. Si fuerit 4 ab as-
cendente que est decima a septima domo
